UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt Omnia

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.**

De Pudicitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71872

Visual Library

A *ne qua pollucibilis cetera vocatur à Macrobio. Legimus autem mox:* diſciplinas noſtras, *pro:* veſtras, *ex cod. Angl. ms.*

107. Saginentur pugiles, &c.] *De hoc vide adnotat. noſtras in B. Cyp. Epiſt. 2. nu. 23. Caſtigamus autem:* Ceterum ſaginatior Chriſtianus, *pro:* ſaginator, *ex Angl. ms. cod.*

# ARGVMENTVM LIBRI DE PVDICITIA, PER IAcobum Pamelium.

I. PVDICITIÆ *amore Tertullianus in hæreſin lapſus, libro hoc errorem Montani proſecutus de non recipiendis pœnitentibus, ſaltem mœchis & fornicatoribus, laude Pudicitiæ præmiſſa, idipſum huius libri argumentum paucis indicat, (faſſus, ſe retro, nempe quum librum de Pœnitentia ſcriberet, alterius fuiſſe ſententiæ) maxime quum culmen criminum teneant mœchia & fornicatio.*

II. *Atque imprimis, ſcripturis ſcripturas opponens, inde colligere nititur, delicta quædam eſſe remiſſibilia, alia irremiſſibilia.*

III. *Non tamen propterea negligendam prorſus delictorum quorumdam pœnitentiam.*

B

IV. *Iam vero poſtquam docuit, mœchiæ & fornicationis nomine ſe comprehendere omnia libidinum delicta.*

V. *Mœchiam idololatriæ & homicidio comparari, ex ſcripturis oſtendit.*

VI. *Etſi vero in veteri Teſtamento exſtent exempla veniæ pro mœchis, inueniri etiam iudicij, & aliã eſſe noui Teſtamenti rationẽ.*

VII. *Deinceps late diſputat de parabola ouis & dragmæ perditæ.*

VIII. IX. *Item de duorum filiorum parabola.*

X. *Pœnitentiam enim etiam ethnicis competere.*

XI. *Exinde & facta Domini peccatoribus edita deſcribit.*

XII. *Certe ab Apoſtolis cum idololatria & homicidio fornicationem interdici.*

XIII. XIV. *Porro & veniam fornicatori Corinthio ab Apoſtolo conceſſam examinat.*

XV. XVI. *Adſerens tam ſecundæ quam prioris ad Corinthios Epiſtolæ locos aduerſus fornicatores.*

XVII. *Item & ſimiles aliarum Apoſtoli Pauli Epiſtolarum ſententias.*

E

XVIII. *Etiam tales, tum illius, tum veteris Teſtamenti, quæ communionem Eccleſiaſticam mœchis adimunt.*

XIX. *Similes quoque locos, ex Ioannis Apoſtoli & Apocalypſi, & Epiſtola.*

XX. *Ex Epiſtola deinde ad Hebræos olim (ſententia ipſius) Barnabæ titulo, & Leuitico, quaſdam ſcripturas adfert, quamquam fruſtra pro ſuo inſtituto.*

XXI. *Atqui, non negans Apoſtolis competiſſe poteſtatem remittendi peccata, & proinde etiam Eccleſiæ, id ſuæ Eccleſiæ ſpirituali fruſtra adrogat.*

XXII. *Denique agit cõtra veniam criminum & pacem, quam Martyres quidam mœchis donabant, negatoribus negabant.*

*Ceterum præterquam quod Librum hunc etiam contra Eccleſiam ſcriptum adſerunt B. Hieronymus & Nicephorus locis ſupra non ſemel citatis, certe eodem titulo eundem citat ille, & argumentum libri his verbis indicat Epiſt. 146. ad Damaſum de duobus filijs:* Vehementer *(inquit)* admiror TERTVLLIANVM in eo libro, quem DE PVDICITIA ADVERSVS POENITENTIAM ſcripſit, & ſententiam veterem noua opinione diſſoluit, hoc voluiſſe ſentire, *&c. & paulopoſt:* Ille autem qui iuxta inſanas & blaſphemas fœminas ſuas id dogmatis defendebat, quo Chriſtanos nollet recipere pœnitentes, fruſtra argumentatus eſt. *Eodem pertinet, quod habet B. Pacianus, Barcilonenſis Epiſcopus Tractat. aduerſ. Nouat. quum dicit:* TERTVLLIANVS poſt hæreſim veſter eſt, nam multa inde ſumpſiſtis. Ipſum Epiſtola ſua, & ea ipſa quem Catholicus edidit, audies confitẽtem, poſſe Eccleſiam peccata dimittere. *Atque hoc ipſum eſt, quod Auctor huius libri capit. primo ſub medium dicit:* Erit: igitur & hic aduerſus Pſychicos titulus, aduerſus meæ quoque ſententiæ retro penes illos ſocietatem. *Vbi quum librum ſupra editum Tom. 2.* DE POENITENTIA *haud dubie tres hi reſpiciant, conſtat, germanum eſſe vtrumque Tertulliani fœtum. ſicuti etiam ex eo quod vtrumque imitetur B. Cyprianus Epiſt. 52. ad Anton. ac l. de Lapſ. De bono Pudicitiæ, & ad Nouatianum. Legerunt eundem iam olim ms. Trithemius & Politianus. Edidit in lucem primus Gagnæus, deinde ex Britanico codice emendauit Gelenius. Nos nunc denique recognitum ad ms. Angl. Dn. Ioannis Clementis exemplar, & ex coniecturis quibuſdam Dominorum Latinij & Harriſij, nouis Argumento ac Adnotationibus, quibus inter cetera ex B. Paciano multas rationes, quæ contra pœnitentiam adfert, diſſoluimus, adornauimus.*

F

G

C

# Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI,[1] DE PVDICITIA Liber.

Cap. I. PVDICITIA[2] flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis, fundamentũ ſanctitatis, præiudicium omnis bonæ mẽtis, quamquam rara, nec facile perfecta, vixque perpetua, tamen aliquatenus in ſæculo morabitur, ſi natura præſtruxerit, ſi diſciplina perſuaſerit, ſi cenſura compreſſerit. Siquidem omne animi bonum, aut naſcitur, aut eruditur, aut cogitur. Sed vt mala magis vincunt, quod vltimorum tẽporum ratio eſt, bona iam nec naſci licet, ita corrupta ſunt ſemina nec erudiri, ita deſerta ſunt ſtudia, nec cogi, ita exarmata ſunt iura. Denique de qua incipimus, eouſque iam exoleuit, vt non eius ratio, ſed moderatio libidinum Pudicitia credatur, iſque ſatis caſtus habeatur, qui non nimis caſtus fuerit.[3] Sed viderit ſæculi pudicitia cum ſæculo ipſo, cum ſuo ingenio ſi naſcebatur, cum ſuo ſtudio ſi erudiebatur, cum ſuo ſeruitio ſi cogebatur, niſi quod infœlicior etiam ſi ſtetiſſet vt infructuoſa, quę non apud Deum egiſſet.[4] Malo nullum bonum, quam vanum. Quid prodeſt eſſe, quod eſſe non prodeſt? noſtrum bonorum ſtatus iam mergitur, Chriſtianæ pudicitiæ ratio concutitur, quæ omnia de cœlo trahit, & naturam per lauacrum regenerationis, & diſciplinam per inſtrumentum prædicationis, & cenſuram per iudicia ex vtroque Teſtamento, & coacta conſtantius ex metu & voto æterni ignis & regni. Aduerſus hanc nonne diſſimulare potuiſſem? Audio etiam edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium,[5] Pontifex ſcilicet Maximus: Epiſcopus Epiſcoporum dicit:[6] Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto. O edictũ[7] cui adſcribi non poterit bonum factũ! Et vbi proponetur liberalitas iſta? Ibidem opinor in ipſis libidinum ianuis, ſub ipſis libidinũ titulis. Illic eiuſmodi pœnitentia promulganda eſt, vbi delinquentia ipſa verſabitur. Illic legenda eſt venia, quo cum ſpe eius intrabitur. Sed hoc in Eccleſia legitur, & in Eccleſia pronuntiatur, & virgo eſt. Abſit, abſit â ſponſa Chriſti tale pręconiũ. Illa quæ vera eſt, quæ pudica, quæ ſancta, carebit etiam auriũ macula. Nõ habet quibus hoc repromittat. Et, ſi habuerit, non repromittit: quoniam & terrenum Dei templum citius ſpelunca latronum appellari potuit à Domino, quã mœchorum & fornicatorũ. Matth. 21.
[8] Erit igitur & hic ADVERSVS PSYCHICOS titulus,[9] aduerſus meæ quoque ſententiæ retro penes illos ſocietatem, quo magis hoc mihi in notam leuitatis obiectent.

D

H

Nun-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A Nunquam ſocietatis repudium delicti præiudiciũ eſt,
quaſi non facilius ſit errare cum pluribus, quando veri-
tas cum paucis ametur. At enim me non magis decora-
bit inutilis leuitas, quam ornarit nocens. Nõ ſuffundor
errore quo carui, quia caruiſſe delector, quia meliorem
me & pudiciorẽ recognoſco. Nemo proficiens erube-
ſcit. Habet & in Chriſto ſciẽtia ætates ſuas, per quas de-
uolutus eſt & Apoſtolus. [10] *Quum paruulus*, inquit, *eſſem,*
*tanquam paruulus loquebar, tamquam paruulus ſapiebam. At*
1.Cor.13. *vbi vir ſum factus, ea quæ paruuli fuerant euacuaui.* Adeo de-
uertit à ſententiis priſtinis, nec idcirco deliquit, quod
Gal.1. æmulator factus eſt non paternarum traditionum, ſed
Gal.5. Chriſtianarum, optans etiam vt præciderentur, qui cir-
cumciſionem detinendam ſuadebant. Atque vtinam &
iſti, qui meram & veram integritatem carnis obtruncãt,
amputantes non ſummam ſuperficiem, ſed intimam
effigiem pudoris ipſius, quum mœchis & fornicatori-
bus veniam pollicentur aduerſus principalẽ Chriſtiani
nominis diſciplinam, quam ipſum quoq; ſeculum vſq;
adeo teſtatur, vt ſi quando eã in fœminis noſtris inqui-
namentis potius carnis quam tormentis puniri conten-
B dat, id volens eripere quod vitæ anteponunt. Sed iam
hæc gloria extinguitur, [11] & quidem per eos, quos tanto
conſtantius oportuerat eiuſmodi maculis nullam ſub-
ſcribere veniam, quando propterea quotiens volunt
nubant, ne mœchiæ & fornicationi ſuccidere cogãtur:
quoniam *melius eſt nubere quam vri.* Nimirũ propter con-
1.Cor.7. tinentiam incontinentia neceſſaria eſt, incendium igni-
bus extinguetur. Cur ergo & crimina poſtmodũ indul-
gent pœnitentiæ nomine, quorum remedia præſtituũt
multinubentiæ iure? Nam & remedia vacabunt cum
crimina indulgentur, & crimina manebunt ſi remedia
vacabunt. Itaq; vtrobiq; de ſollicitudine & negligentia
ludunt, præcauendo vaniſſime quibus parcunt: & par-
cendo ineptiſſime quibus præcauent: cum aut præcauẽ-
dum non ſit, vbi parcitur: aut parcendum non ſit, vbi
præcauetur. Præcauent enim quaſi nolint admitti tale
quid, [12] indulgent autem, quaſi velint admitti: quando
ſi admitti nolint, non debeant indulgere: ſi indulgere
velint, non debeant præcauere. [13] Nec enim mœchia &
fornicatio de modicis & de mediis delictis deputabun-
tur, vt vtrunq; competat, & ſollicitudo quę pręcauet, &
C ſecuritas quæ indulget. Sed cum ea ſint quæ culmen cri-
minum teneant, nõ capiunt & indulgeri quaſi modica,
& præcaueri quaſi maxima. Nobis autem maxima aut
ſumma ſic quoq; præcauentur, dum nec ſecundas qui-
dem poſt fidẽ nuptias permittitur noſſe, [14] nuptialibus
& dotalibus ſi forte tabulis à mœchiæ & fornicationis
opere diuerſas. Sed ideo duriſſime nos infamantes Pa-
racletum diſciplinæ enormitate digamos foris ſiſtimus,
eundem limitem liminis mœchis quoque & fornicato-
ribus figimus, ieiunas pacis lachrymas profuſuris, nec
amplius ab Eccleſia quam publicationem dedecoris
Ca.II. relaturis. [15 Ceterum *Deus*, inquiunt, [a] *bonus & optimus,*
a Matt.19. *&* [b] *miſericos & miſerator & miſericordiæ plurimus*, [c] quam
b Ioel 2. omni ſacrificio anteponit, [d] non tanti ducens peccato-
c Oſee 6. ris mortem, quam pœnitentiam, [e] *ſalutificator omnium*
d Ezec. 33. *hominum & maxime fidelium.* Itaque & filios [f] Dei miſeri-
e 1.Tim.4. cordes & pacificos eſſe oportebit, [16] *donantes* [g] *inuicem*
f Luc.6. *ſicut & Chriſtus donauit nobis,* non [h] iudicantes, ne iudice-
g Eph.4. mur. *Domino* [i] *enim ſuo ſtat quis vel cadit, tu quis es, vt ſeruum*
h Matt. 7. *iudices alienum? Dimitte,* [k] *& dimittetur tibi.* Talia & tanta
i Rom. 14. ſparſilia eorum, quibus & Deo adulantur & ſibi leno-
k Matt. 7. cinantur, effœminantia magis quam vigorantia diſci-
l Pſal.7. plinam, quantis & nos & contrariis poſſumus repercu-
D tere, quæ & Dei ſeueritatem intentent, & noſtram con-
m Deu.32. ſtantiam prouocent. Quia etſi bonus natura Deus, [l] ta-
n Iſa. 45. men & iuſtus. Ex cauſa enim, ſicut [m] ſanare nouit, ita &
o Oſee 6. cædere, faciens [n] pacem, ſed & condens mala, [o] pœni-
p Hier. 14. tentiam malens, [17] ſed [p] & Hieremiæ mandans, ne pro
q Ibid.11. populo peccatore deprecaretur. *Quoniam ſi ieiunauerint,*
r Oſee 6. inquit, *non exaudiam obſecrationem eorum.* Et rurſus: *Et* [q] *tu*
ſ Hier.7. *ne adoraueris pro populo, & ne poſtulaueris pro his in prece & o-*
Exod.20. *ratione, quoniam non exaudiam in tempore quo inuocauerint*
Gal.4. *me, in tempore adflictionis ſuæ.* Et adhuc ſupra, idem [r] mi-
Iſai.42.
Pſal.96.
Matth.10.
Matth.7.

ſericordiæ prælator quam ſacrificii: *Et* [ſ] *tu ne adoraueris* F
*pro populo iſto, & ne poſtulaueris miſericordiam conſequi eos.* 1.Cor.5.
*Et ne acceſſeris pro his ad me, quoniam non exaudiam*, vtique 1.Cor.6.
miſericordiã poſtulantes, vtiq; ex pœnitentia flentes & 1.Cor.5.
ieiunantes, & adflictationem ſuam offerẽtes Deo. Deus Matth.6.
enim zelotes, [18] & qui naſo non deridetur, adulantium 1.Reg.2.
ſc. bonitati eius. Et qui licet patiens, tamen per Eſaiã cõ- Matt.6.
minetur patientiæ finẽ: [19] *Tacui, nunquid & ſemper tacebo*
*& ſuſtinebo? Quieui velut parturiens, exſurgã, & areſcere faciã.*
[20] Ignis enim procedet ante faciẽ ipſius, & exuret ini-
micos eius, non ſolũ corpus, verum & animas occidens
in gehennam. Ceterũ iudicãtibus quomodo Dominus
cõminetur, ipſe demõſtrat: *Quo enim iudicio iudicaueritis,*
[21] *iudicabitur de vobis.* Ita nõ prohibuit iudicare, ſed do-
cuit. vnde & Apoſtolus iudicat, & quidem in cauſa for-
nicationis, dedendum eiuſmodi hominẽ ſatanæ in in-
teritum carnis, increpans etiam quod fratres non apud
ſanctos iudicarentur. Adiiciens enim inquit: *Vt quid mi-*
*hi eos, qui foris ſunt iudicare?* Dimittis autem vt dimittatur
tibi à Deo, [22] delicta mundantur quæ quis in fratrem
non Deum admiſerit. Debitoribus denique dimiſſuros
nos in oratione profitemur, ſed non decet vltra de au- F
ctoritate ſcripturarum eiuſmodi funem contentioſum,
alterno ductu in diuerſa diſtendere, vt hæc reſtringere
frenos diſciplinæ, illa laxare videatur, quaſi incertæ pœ-
nitẽtiæ ſubſidiũ, illa proſternere per lenitatem, hæc ne-
gare per auſteritatẽ. Porro & auctoritas ſcripturæ in ſuis
terminis ſtabit ſine alterutra oppoſitione, & pœniten-
tiæ ſubſidiũ ſuis conditionibus determinatur ſine paſſi-
ua conceſſione, & ipſæ prius cauſę eius diſtinguuntur ſi-
ne confuſa propoſitione. Cauſas pœnitentiæ delicta
condicimus. Hæc diuidimus in duos exitus. Alia erunt
remiſſibilia, alia irremiſſibilia. Secundum quod nemi-
ni dubium eſt alia caſtigationem mereri, alia damna-
tionem. Omne delictum aut venia expungit, aut pœ-
na: venia, ex caſtigatione: pœna, ex damnatione. de iſta
differentia iam & quaſdam præmiſimus altercationes
ſcripturarum, hinc retinentium, hinc dimittentium de-
licta.

Sed & Ioannes docebit: [23] *Si quis ſcit fratrem ſuum* 1.Ioan.5.
*delinquere delictum non ad mortem, poſtulabit & dabitur vita*
*ei: quia non ad mortem delinquit*, hoc erit remiſſibile. *Eſt de-*
*lictum ad mortem: non pro illo dico vt quis poſtulet*, hoc erit ir-
miſſibile. Ita vbi eſt poſtulationis, illic etiã remiſſionis. G
Vbi nec poſtulationis, ibi æque nec remiſsionis. Secun-
dum hanc differentiam delictorum pœnitentiæ quoq;
conditio diſcriminatur. Alia erit, quæ veniam conſequi
poſſit, in delicto ſcilicet remiſſibili. Alia, quæ conſequi
nullo modo poſſit, in delicto ſcilicet irremiſſibili. Et ſu-
pereſt ſpecialiter de mœchiæ & fornicationis ſtatu exa-
minare, in quam delictorum partem debeant redigi.
[24 Sed prius decidam intercedentem ex diuerſo re-
ſponſionem ad eam pœnitentiæ ſpeciem, quam cum Ca.III.
maxime definimus venia carere. Si enim, inquiunt, ali-
qua pœnitentia caret venia, iam nec in totum agenda
tibi eſt. Nihil enim agendum eſt fruſtra. Porro fruſtra
agetur pœnitentia, ſi caret venia. Omnis autem pœni-
tentia agenda eſt: Ergo omnis veniam conſequatur, ne
fruſtra agatur, quia non erit agenda ſi fruſtra agatur.
Porro fruſtra agitur, ſi venia carebit. Merito ita oppo-
nunt, quoniam huius quoque pœnitentiæ fructum, id
eſt, veniam, in ſua poteſtate vſurpauerunt. Quantum e-
nim ad illos, à quibus pacem humanam conſequitur: Marci 7.
quantum autem ad nos [25] qui ſolum Dominum me-
minimus delicta concedere, & vtiq; mortalia, non fru- H
ſtra agetur. Ad Dominum enim remiſſa, & illi exinde
proſtrata, hoc ipſo magis operabitur veniam, [26] quod
eam à ſolo Deo exorat, quod delicto ſuo humanã pacẽ
ſufficere non credit, quod Eccleſiæ mauult erubeſcere
quam cõmunicare. Adſiſtit enim pro foribus eius, & de
notæ ſuæ exemplo ceteros admonet: & lacrymas fratrũ
ſibi quoque aduocat, & redit pluſque negotiata, cõpaſ-
ſionem ſcilicet quã cõmunicationem. Et ſi pacẽ hic non
metit, apud Dominum ſeminat. Nec amittit, ſed præpa-
rat fructũ: Non vacabit ab emolumẽto, ſi non vacauerit

ab of-

A ab officio. Ita nec pœnitentia huiuſmodi vana, nec diſ-
ciplina eiuſmodi dura eſt. Deum ambæ honorant, illa
Cap. IV. nihil ſibi blandiendo facilius impetrabit, iſta nihil ſibi
adſumendo plenius adiuuabit. [27 Poſſumus igitur de-
mandata pœnitentiæ diſtinctione ad ipſorum iam deli-
ctorum regredi cenſum, an ea ſint quæ veniam ab om-
nibus conſequi poſſint. Inprimis quod mœchiã & for-
nicationem nominamus, vſus expoſtulat. Habet & fides
quorundam nominum familiaritatẽ, ita in omni opuſ-
culo vſum cuſtodimus. 28 Ceterũ & ſi adulterium & ſi
ſtuprum dixero, vnũ erit contaminatæ carnis elogium.
Nec enim intereſt, nuptam alienã, an viduam quis in-
curſet, dum non ſuam fœminã. Sicut locis refert, in cu-
biculis, an in turribus pudicitia trucidetur: Omne ho-
micidium extra ſyluam latrocinium eſt. Ita & vbicunq;
vel in quamcunq; ſemetipſum adulterat & ſtuprat, qui
aliter quam nuptiis vtitur. 29 Ideo penes nos occultæ
quoque coniunctiones, id eſt, non prius apud Eccleſi-
am profeſſæ iuxta mœchiam & fornicationem iudicari
B periclitantur. Nec inde conſertæ obtentu matrimonii
crimen eludant, 30 Reliquas autem libidinum furias
impias & in corpora & in ſexus vltra iura naturæ, non
modo limine, verum omni Eccleſię tecto ſubmouemus
Cap. V. quia non ſunt delicta, ſed monſtra. [31 Ergo mœchia,
quod etiam fornicationis eſt res, ſecundum opus crimi-
nis quanti æſtimanda ſit ſceleris prima lex Dei, præſto
*Exod.* 20. eſt. Siquidem 32 poſt interdictam alienorum Deorum
ſuperſtitionem, ipſorumque idolorum fabricationem:
poſt commendatã ſabbati venerationem, poſt impera-
tam in parentes ſecundum à Deo religionem: nullum a-
liud in talibus titulis firmandis monendiſque ſubſtruxit
præceptum, quam, *Non mœchaberis.* Poſt ſpiritalem enim
caſtitatem ſanctitatemque, corporalis ſequebatur inte-
gritas. Et hanc itaque muniuit, hoſtem ſtatim eius pro-
hibendo mœchiam. Quale delictum iã intellege, cuius
cohibitionem poſt idololatriã ordinauit. Nihil ſecundũ
longinquat à primo. Nihil tam proximum primo, quã
*Exod.* 34. ſecundũ. Quod fit ex primo, aliud quodammodo pri-
mum eſt. Itaque mœchia adfinis idololatriæ. 33 Nã &
*Exod.* 20. idololatria mœchiæ nomine & fornicationis ſæpe po-
C pulo exprobrata, etiã ſorte coniungetur illi; ſicut & ſe-
rie: etiam damnatione cohærebit illi, ſicut & diſpoſitio-
ne. 34 Eo amplius, præmittens: *Non mœchaberis*, adiungit:
*Non occides.* Onerauit itaque mœchiam, quã homicidio
anteponit. In prima vbiq; fronte ſanctiſſimę legis, in pri-
mis titulis cœleſtis edicti, principaliũ vtique delictorũ
ꝓſcriptione ſignatã. De loco modũ, de ordine ſtatũ, de
confinio meritũ cuiuſq; dignoſcas. Eſt & mali dignitas,
ꝙ in ſummo aut in medio peſſimorũ collocatur. Pompã
quandam atque ſuggeſtum aſpicio mœchiæ, hinc duca-
tum idololatriæ antecedentis, hinc comitatum homi-
cidii inſequentis. Inter duos apices facinorũ eminẽtiſſi-
mos ſine dubio digna conſedit. & per medium eorum,
quaſi vacantem locũ pari criminis auctoritate cõpleuit.
Quis eam talibus lateribus incluſam, talibus coſtis cir-
cunfultam, à cohærentiũ corpore diuellet, de vincinorũ
criminum nexu, de propinquorum ſcelerum complexu,
vt ſolam eam ſecernat ad pœnitentiæ fructum? Nonne
hinc idololatria, inde homicidium, detinebunt? & ſi
qua vox fuerit, reclamabunt. Noſter hic cuneus eſt, no-
D ſtra cõpago. Ab idololatria metamur, illa diſtinguente
cõiungimur, illi de medio emicanti adulamur concor-
porauit nos ſcriptura diuina, litteræ ipſæ glutina noſtra
ſunt, iam nec ipſa ſine nobis poteſt. Ego quidẽ idolola-
tria ſæpiſſime mœchiæ occaſionem ſubminiſtro. 35 Sci-
unt luci mei & mei montes, & viuæ aquę, ipſaq; in vrbi-
bus tẽpla, quantum euertendæ pudicitiæ procuremus.
Ego quoque homicidium nonnunquam mœchia ela-
boro. 36 Vt tragœdias omittam, 37 ſciunt hodie vene-
narii, ſciunt magi, quod pellicatus vlciſcar, quod riua-
litates defendam, quod cuſtodes, quod delatores, quod
conſcios auferam. Sciunt etiam obſtetrices, quod
adulteri conceptus trucidentur. Etiam apud Chriſtia-
nos non eſt mœchia ſine nobis: ibidem ſunt idolola-
triæ, vbi immundi ſpiritus res eſt. Ibidem eſt & homi-
cidium, vbi homo quum inquinatur, occiditur. Igitur
aut nec illis aut etiam nobis pœnitentię ſubſidia conue- E
nient. Aut detinemus eam, aut ſequimur. Hæc ipſi rei
loquuntur. Si res voce deficiunt, adſiſtit idololatres, ad-
ſiſtit homicida in medio eorum adſiſtit & mœchus. Pa-
riter de pœnitentiæ officio ſedent in ſacco, & cinere in-
horreſcunt, eodem flatu gemiſcunt, eiſdem precibus
ambiunt, eiſdem genibus exorant, eandem inuocant
matrem, Quid agis molliſſima & humaniſſima diſcipli-
na? Aut omnibus eis hoc eſſe debebis: *Beati enim pacifici.* *Matth.* 5.
Aut ſi non omnibus, noſtra eſſe. 38 Idololatrem qui-
dem & homicidam ſemel damnas, mœchum vero de
medio excipis? idololatriæ ſucceſſorem, homicidæ an-
teceſſorem vtriuſque collegam. Perſonæ acceptatio eſt,
miſerabiliores penitentias reliquiſti. [39 Plane ſi oſten-
das de quibus patrociniis exemplorum, præceptorum- Cap. VI.
que cœleſtium, ſoli mœchiæ, & in ea fornicationi quo-
que ianuam pœnitentiæ expandas. Ad hanc iam lineam
dimicabit noſtra congreſſio. Præſcribam tamen tibi
formam neceſſe eſt, ne ad vetera manum emittas, ne F
in terga reſpicias. *Vetera* enim *tranſierunt* ſecundum Eſa- *Eſa.* 43.
iam, *& nouata eſt iam nouatio*, ſecundum Hieremiam, *Hier.* 4.
*& obliti poſteriorum in priora porrigimur*, ſecundum Apo- *Philipp.* 3.
ſtolum, *& Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem*, ſecundum *Matth.* 11.
Dominum. Nam & ſi cum maxime à lege cœpimus
demonſtrando mœchiam, merito ab eo ſtatu legis, quẽ
Chriſtus non diſſoluit, ſed impleuit. Onera enim legis
vſque ad Ioannem, non remedia: operum iuga reiecta
ſunt, non diſciplinarum. libertas in Chriſto non fecit
innocentię iniuriam. Manet lex tota pietatis, ſanctitatis,
humanitatis, veritatis, caſtitatis, iuſtitiæ, miſericordiæ,
beneuolentiæ, pudicitiæ. *In qua lege, beatus vir, qui medi-* *Pſalm.* 1.
*tabitur die ac nocte.* De qua idem Dauid rurſus: 40 *Lex Do-* *Pſalm.* 18.
*mini inuituperabilis, conuertens animas, iura Domini directa,* *Rom.* 7.
*oblectantia corda, præceptum Domini longe lucens, inluminans* *Exod.* 20.
*oculos.* 41 Sic & Apoſtolus: *Itaque lex quidem ſancta eſt, &* *Rom.* 7.
*præceptum ſanctum & optimum*, vtique: *Non mœchaberis.* Sed *Matth.* 5.
& ſupra: *Legem ergo euacuamus per fidem? Abſit, ſed legem ſiſti-*
*mus*, ſcilicet in his, quæ & nunc nouo Teſtamento inter-
dicta etiam cumulatiore præcepto prohibentur. Pro,
*non mœchaberis, Qui viderit ad concupiſcentiam, iam mœchatus*
*eſt in corde ſuo*: & pro, *Non occides*, 42 *Qui dixerit fratri ſuo* G
*Racha, reus erit gehennæ.* Quære, an ſalua ſit lex non mœ-
chandi, cui acceſsit, nec concupiſcendi. Ceterum ſi qua
vobis exempla in ſinum plaudent, non opponentur
huic quam defendimus diſciplinæ. Fruſtra enim lex ſu-
praſtructa eſt, origines quoque delictorum, id eſt, con-
cupiſcentias & voluntates, non minus quam facta
condemnans, ſi ideo hodie concedetur mœchiæ venia,
quia & aliqua conceſſa eſt. Cui emolumento hodie
pleniore diſciplina coercetur, niſi vt maiore forſitan le-
nocinio tuo indulgeatur. Dabis ergo & idololatrię & o- *Iudic.* 3. & *ſeq.*
mni apoſtatę veniam, 43 quia & populum ipſum totiens *3. Reg.* 21.
reum iſtorum, totiens inuenimus retro reſtitutum. Cõ- *1. Reg.* 12.
municabis & homicidæ, quia & Nabothæ ſanguinem *Gen.* 19.
Achab deprecatione deleuit, & Dauid Vrię cędem cum *Gen.* 38.
cauſa eius, mœchia, confeſsione purgauit, 44 Iam & *Oſeæ* 1.
inceſta donabis, propter Loth, & fornicationes cũ ince- *Gen.* 16. 19. 30.
ſto, propter Iudam, & turpes de proſtitutione nuptias, *Gen.* 9. & 19.
propter Oſee, & non tantum frequentatas, verũ & ſe-
mel plures, propter patres noſtros: Vtique enim dignũ *Num.* 25.
eſt peræquari nunc quoque gratiam circa omnia retro H
indulta, ſi de priſtino aliquo exemplo venia mœchiæ
vindicatur. Habemus quidem & nos eiuſdem vetuſta-
tis 45 exempla pro ſententia noſtra, non modo non
indulti, verum etiam repræſentati iudicii fornicationis.
46 Et vtique ſufficit tantum numerum XXIV. milium
populi fornicantis in filias Moab vna plaga ruiſſe, ſed
malo in gloriam Chriſti à Chriſto deducere diſciplinã.
47 Habuerint priſtina tempora omnis impudicitiæ, ſi
volunt Pſychici etiam poteſtatẽ. Luſerit ante Chriſtũ ca-
ro, immo parierit antequam à Domino ſuo requiſita eſt: *Gen.* 3.
nondũ erat digna dono ſalutis, nondũ apta officio ſan-
ctitatis. Adhuc in Adam deputabatur cum ſuo vitio, fa-
cile quod ſpecioſum viderat concupiſcens, & ad infe-

A riora reſpiciens,&de ficulneis foliis pruriginé retinens.
*Ioan. I.* Inhærebat vſquequaque libidinis virus, & lacte ſortes
non habentes idoneæ,quod nec ipſæ adhuc aquæ laue-
rant,48 At vbi Sermo Dei deſcendit in carnem ne nu-
ptiis quidem reſignatam, *& Sermo caro factus eſt*, ne nu-
ptiis quidem reſignanda, quæ ad lignum non inconti-
nentiæ ſed tolerantiæ accederet, quæ nõ dulce aliquid
ſed amarum aliquid inde guſtaret,quæ non ad inferos,
ſed ad cœlũ pertineret,quæ nõ laſciuiæ frõdibus, ſed sã-
ctimoniæ floribus præcingeretur, 49 quæ mundicias
ſuas aquis traderet,exinde caro quæcunq; in Chriſto re-
liquas ſordes priſtinas ſoluit,alia iã res eſt,noua emergit
iam non ex ſeminis limo nõ ex concupiſcẽtiæ fumo,ſed
ex aqua pura & ſpiritu mundo. Quid itaq; illam de pri-
a 1.*Cor*.12. ſtino excuſas?Non a *corpus Chriſti*,non b *membra Chriſti*,
b 1.*Cor*.6. non c *templum Dei* vocabatur,cum veniã mœchiæ cõſe-
c 2. *Cor*.6. quebatur.Itaq; ſi exinde quo ſtatũ vertit,& d in Chriſtũ
d *Gal*. 3. tincta induit Chriſtum,&magno e redẽpta eſt, ſangui-
e 1.*Cor*.6. ne ſcilicet Domini&agni,tenes aliquod exẽplũ,ſiue præ-
ceptum, ſiue formam,ſiue ſententiam indultæ ſiue in-
dulgendę fornicationis atque mœchiæ: habes etiam tẽ-
B poris à nobis definitionem, ex quo deputetur ætas quę-
Cap. VII. ſtionis.[50 A parabolis licebit incipias, vbi eſt ouis per-
*Luc*.15. dita à Domino requiſita,&humeris eius reuecta.51 Pro-
cedãt ipſæ picturæ calicum veſtrorum,ſi vel in illis per-
lucebit interpretatio pecudis illius, vtrumne Chriſtia-
no, an ethnico peccatori de reſtitutione conliniet.Præ-
ſcribimus enim ex naturæ diſciplina,ex lege auris& lin-
guæ,ex mentis ſanitate ea ſemper reſponderi, quæ pro-
uocantur,id eſt,ad ea quæ prouocant.Prouocabit,vt o-
pinor, quod Phariſæi publicanos&peccatores ethnicos
admittentem Dominum,& cum illis de victu cõmuni-
*Ibidem.* cantem indignati muſſitabant. Ad hoc Dominus pecu-
dis perditæ reſtitutionem cui alii configuraſſe credendũ
eſt,quã ethnico perdito de quo agebatur, non de Chri-
ſtiano, qui adhuc nemo. aut quale eſt,vt Dominus qua-
ſi cauillator reſponſionis, omiſſa ſpecie præſenti quam
repercutere deberet,de futura laboret?52 Sed ouis pro-
prie Chriſtianus,& grex Domini Eccleſiæ populus&pa-
*Ioan*. 10. ſtor bonus Chriſtus,& ideo Chriſtianus in oue intelli-
*Luc*.19. gendus, qui ab Eccleſiæ grege errauerit. Ergo nihil ad
C Phariſæorum muſſitationem reſpondiſſe vis Dominũ,
ſed ad tuam pręſumptionem.Et tamen ita eam vindica-
re debebis,vt neges in ethnicũ competere,quæ in Chri-
ſtianum exiſtimas conuenire. Dic mihi, nonne omne
hominum genus Dei grex eſt? Nonne vniuerſarum gẽ-
tium idem Deus & Dominus & paſtor eſt? Quis magis
perit à Deo,quam ethnicus quandiu errat? Quis magis
requiritur à Deo quam ethnicus, quando reuocatur à
Chriſto? Denique antecedit hic ordo in ethnicis.Siqui-
dem non aliter Chriſtiani ex ethnicis fiunt,niſi pri9 per-
diti,& à Deo requiſiti, & à Chriſto reportati. Ita etiam
huc ordinẽ ſeruari oportet, vt in eos tale aliquid inter-
pretemur, in quibus prius eſt. At tu( opinor) hoc velis,
vt ouem non de grege perditam faceret, ſed de arca vel
de armario. Sic etſi ethnicorum reliquum numerum i-
ſtum ait,non ideo Chriſtianos eſſe oſtendit cum Iudæis
agens,& illos cum maxime obtundens, ꝙ indignaren-
tur ſpei ethnicorũ: Sed vt exprimeret aduerſus liuorem
Phariſæorum ſuam gratiam & beneuolentiam etiã cir-
ca vnum ethnicum,præpoſuit vnius peccatoris ſalutem
ex pœnitentia,quam illorum ex iuſtitia. Aut nunquid
D non iuſti Iudæi, quibus pœnitentia opus non eſſet, ha-
bentes gubernacula diſciplinæ & timoris inſtrumenta,
Legem & Prophetas?Poſuit igitur illos in parabola,& ſi
non quales erant, ſed quales eſſe debuerant,quo magis
ſuffunderentur, aliis & non ſibi pœnitentiam audientes
*Ibidem.* neceſſariam.53 Proinde drachmæ parabolam vt ex eadẽ
materia prouocatam, æque in ethnicum interpretamur,
etſi in domo amiſſam, quaſi in Eccleſia, etſi ad lucernæ
lumen repertam,quaſi ad Dei verbum. Atquin totus hic
mundus vna omnium domus eſt, in quo magis ethnico
gratia Dei inlucet qui in tenebris inuenitur, quã Chri-
ſtiano qui iam im Dei luce eſt. Deniq; & oui& drachmæ
vnus error adſcribitur. Nam ſi iam in Chriſtianum pec-
catorem defingerentur, poſt fidem perditam & iterata E
amiſſio eorũ & reſtitutio notaretur. Decedã nunc pau-
liſper de gradu iſto, quo magis eum etiã deçedendo cõ-
mendem,cum ſic quoque obduxero diuerſæ partis præ-
ſumptionem:54 Condico Chriſtianum iam peccatorem
in parabola vtraque portendi, non tamen ideo eum ad-
firmandum qui de facinore mœchiæ & fornicationis re-
ſtitui per pœnitentiam poſſit, Licet enim periſſe dicatur,
& de perditionis genere retractare, quia&ouis in moriẽ-
do,ſed errando:& drachma non intereundo,ſed latitan
do perierunt. Ita licet dici periſſe ꝙ ſaluum eſt. Perit igi-
tur & fidelis elapſus 55 in ſpectaculum quadrigarii furo-
ris,&gladiatorii cruoris.& ſcenicæ fœditatis, xyſticæ va-
nitatis, in luſus,in conuiuia ſecularis ſolennitatis, in of-
ficium, in miniſteriũ alienæ idololatriæ aliquas artes ad-
hibuit curioſitatis, in verbũ ancipitis negotiationis im-
pegit, ob tale quid extra gregem datus eſt, 56 vel & ipſe
forte ira,tumore,æmulatione, quod deniq; ſæpe fit de-
dignatione caſtigationis abrupit,debet requiri atque re-
uocari. Quod poteſt recuperari, non perit,niſi foris per-
ſeuerauerit. Bene interpretaberis parabolam, viuentem
adhuc reuocans peccatorem. Mœchum vero & fornica- F
torem, quis non mortuum ſtatim admiſſo pronũtiauit?
Quo ore mortuum reſtitues in gregem ex parabolæ eius
auctoritate,quæ non mortuũ pecus reuocat? Denique ſi
meminiſti Prophetarum,cum paſtores increpantur,pu-
to Ezechielis eſt vox: 57 *Paſtores ecce lac deuoratis,& lanis ve-* *Ezech*. 34.
*ſtimini, quod forte eſt, occidiſtis, quod infirmum eſt, non curaſtis,*
*quod comminutum eſt, non ligaſtis, quod expulſum eſt, non con-*
*uertiſtis, quod periit, non requiſiſtis.* Nunquid & de mortuo
exprobrat, quod non & illud in gregem reficere curaue-
rint? Plane ingerit, quod perire oues fecerint, & à be-
ſtiis agri comedi. Neque poſſunt nec perire in mortem,
nec comedi ſi relinquantur, non vt perditæ in mortem
& comeſtæ reſumantur. Iuxta drachmæ quoque exem- *Luc*.15.
plum etiam intra domum Dei Eccleſiam licet eſſe aliqua
delicta pro ipſius drachmæ modulo ac pondere medio-
cria, quæ ibidem deliteſcentia, mox ibidem & reperta,
ſtatim ibidem cum gaudio emendationis tranſigantur.
58 Mœchiæ vero & fornicationis non drachma, ſed ta-
lentum, quibus exquirendis non lucernæ ſpiculo lumi-
ne, ſed totius ſolis lancea opus eſt.Simul apparuit,ſtatim
homo de Eccleſia expellitur, nec illic manet,nec gaudiũ
confert repertrici Eccleſiæ,ſed luctum. Nec congratula-
tionem aduocant vicinarum,ſed contriſtationem proxi- G
marum fraternitatum. Commiſſa itaque etiam hac no-
ſtra cum illorum interpretatione,eo magis in ethnicum
ſpectabunt & ouis & drachmæ argumenta, quanto nec
in eius delicti Chriſtianum competere poſſunt, propter
quod in Chriſtianum de diuerſa parte coguntur. [59 Cap.VIII.
Sed enim pleroſque interpretes parabolarum idem exi-
tus decipit,quem in veſtibus purpura oculandis ſæpiſſi-
me euenire eſt,quum putaueris recte conciliaſſe tempe-
ramenta colorum,& credideris comparationes eorum
inter ſe amaſſe, erudito mox vtroque corpore, & lumini-
bus expreſſis,errorem omnem traducta diuerſitas euo-
met. Eadem itaq; caligine circa filiorum quoque duorũ *Luc*.15.
parabolam quibuſdam ad præſens concolorantibus fi-
guris,à vero lumine exorbitant eius comparationis,quã
parabolæ materia prætexit. 60 Duos enim populos in
duobus filiis collocant, Iudaicum maiorem, Chriſtia-
num minorem. Nec enim poſſunt exinde Chriſtianum
peccatorem in filio minore diſponere veniam conſecu- H
turum,niſi in maiore Iudaicum expreſſerint.Porro ſi Iu-
daicum oſtendero deficere à comparatione filii maioris,
conſequenter vtique nec Chriſtianus admittetur ad cõ-
figurationem filii minoris.61 Licet enim filius audiat &
Iudæus,& maior quia prior in adoptione, licet & Chri-
ſtiano reconciliationem Dei patris inuideat, quod vel *Rom*. 9.
maxime diuerſa pars carpit, 62 ſed non erit Iudæi di-
ctum ad patrem: *Ecce quot annis tibi ſeruio, & præceptum*
*tuum nunquam præterivi.* Quando enim non trangreſſor *Luc*.15.
legis Iudæus,aure audiens,& nõ audiens? 93 odio habẽs
traducentem in portis,& aſpernamento ſermonem ſan- *Iſai*.6.
ctũ? Sic nec patris ad Iudæum erit vox. *Tu ſemper mecum* *Iſai*. 1.

*es, &*

A *es, & omnia mea tua ſunt.* Iudæi enim apoſtatæ filii prnun-
Luc. 15. tianrur, generati quidem & in altum elati, ſed qui non
Iſai. 1. computauerint Dominnm, & qui dereliquerint Domi-
num & in iram prouocauerint ſanctum Iſraelis. Omnia
Luc. 15. plane Iudæo conceſſa dicemus, cui etiam conditio gra-
tior quæque de gula erepta eſt, nedum ipſa terra pater-
næ promſſionis. Atque adeo non minus hodie Iudæus
quam minor filius prodacta ſubſtantia Dei in aliena re-
gione mendicat, ſeruiens vſque adhuc principibus eius,
id eſt, ſeculi huius. Quærant igitur alium Chriſtiani ſu-
um fratrem, Iudæum enim parabola non recipit. 64
Multo aptius Chriſtianum maiori & Iudæum minori
Gen. 25. filio adæquaſſent ſecundum fidei comparationem, ſi
ordo vtriuſque populi ab vtero Rebeccæ deſignatus
permitteret demutationem, niſi quod & clauſula refra-
garetur. Chriſtianum enim de reſtitutione Iudæi gau-
dere & non dolere conueniet: ſiquidem tota ſpes no-
Luc. 15. ſtra cum reliqua Iſraelis expectatione coniuncta eſt. Ita
Rom. 11. & ſi quædam faciant, ſed aliis contra ſapientibus inter-
imitur exemplorum peræquatio. Quanquam etſi om-
nia ad ſpeculum reſpondere poſſint, vnum ſit præcipu-
B um periculum interpretationum, ne aliorſum tempere-
tur fœlicitas comparationum, quam quo parabolæ cu-
iuſque materia mandauit. Meminimus enim & hiſtrio-
nes, cum allegoricos geſtus adcommodant canticis, a-
lia longe à præſenti 65 & fabula & ſcena & perſona, &
tamen congruentiſſime exprimentes Sed viderit inge-
nium extraordinarium Nihil enim ad Andromacham.
66 Sic & hæretici eaſdem parabolas quo volunt tribu-
unt, non quo debent aptiſſime excludunt. Quare ap-
tiſſime? quoniam à primordio ſecundum occaſiones
parabolarum, ipſas materias confinxerunt doctrinarũ.
Vacauit ſcilicet illis ſolutis à regula veritatis ea conqui-
Cap. IX. rere atque componere, quorum parabolæ videntur. [67
Nos autem quia non ex parabolis materias commenta-
mur, ſed ex materiis parabolas interpretamur, nec val-
Luc. 15. de laboramus omnia in expoſitione torquere, dum cõ-
traria quæque caueamus: quare centum oues, & quid
vtique decem drachamæ, 68 & quæ illæ ſcopæ. neceſſe
erat, qui vnius peccatoris ſalutem gratiſſimam Deo vo-
lebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nomi-
naret, de quo vnum quidem periſſe deſcriberet, neceſſe
erat vt habitus requirẽtis dracham in domo, tam ſcopa-
rum quam lucernæ adminiculo adcommodaretur. Hu-
iuſmodi enim curioſitates & ſuſpecta faciunt quædam,
& coactarum expoſitionum ſubtilitate plerunq; dedu-
C cunt à veritate. Sunt autem quæ & ſimpliciter poſita
ſunt ad ſtruendam & diſponendam & texendam para-
bolam, vt illuc perducantur, cui exemplum procura-
tur, Et duo vtique filii illuc ſpectabunt, quo & drachma
ouis. 69 Quibus enim cohærent, eandem hahent cau-
ſam, eandem vtique muſſitationem Phariſæorum erga
commercium Domini ethnicorum. aut ſi quis dubitat
ethnicos fuiſſe publicanos 70 apud Iudæam. vſurpatam
iam pridem Pompeii manu 71 atque Luculli, 72 legat
Deuter. 23. Deuteronomium: *Non erit vectigal pendens ex filiis Iſrael.*
Nec tam execrabile eſſet nomen publicanorum apud
Dominum, niſi extraneum vendentium ipſius cœli &
terræ & maris tranſitus. Peccatores autem cum adiun-
Luc. 15. git publicanis, non ſtatim Iudæos oſtendit, etſi aliqui
fuiſſe poterunt. Sed vnum genus ethnicorum alios ex
officio peccatores, id eſt, publicanos, alios ex natura, id
eſt, non publicanos pariter ponendo diſtinxit. 73 Cete-
Ibidem. rum nec denotaretur cum Iudęis cõmunicans victum,
Ibidem. ſed cum ethnicis, quorum menſa Iudaica diſplina de-
D pellit. Nunc de filio prodigo id prius conſiderandum
eſt, quod vtilius Non enim admittetur exemplorum a-
dæquatio, licet congruentiſsima. Totum autem ſtatum
ſalutis in tenore diſciplinæ conſtitutum ſubuerti vide-
mus ea interpretatione, quæ ex diuerſo affectatur. 74
Nam ſi Chriſtianus eſt qui acceptam à Deo patre ſub-
ſtantiam (vtique baptiſmatis, vtique Spiritus ſancti,
& exinde ſpei æternæ) longe euagatus à patre prodigit
ethnice viuens, ſi exutus bonis mentis, etiam principi
ſeculi (cui alii quam diabolo?) ſeruitium ſuum tradidit,
& ab eo porcis alendis, immundis ſcilicet ſpiritibus cu-
randis, præpoſitus, reſipuit ad patrem reuerti: iam non E
mœchi & fornicarii ſed idololatræ & blaſphemi, & ne-
gatores, & omne apoſtatarum genus hac parabola pa-
tri ſatisfacient, & eliſa eſt veriſſime hoc magis modo
tota ſubſtantia ſacramenti. Quis enim timebit prodi-
gere, quod habebit poſtea recuperare? Quis curabit
perpetuo conſeruare, quod non perpetuo poterit amit-
tere? ſecuritas delicti etiam libido eſt eius Recuperabit
igitur & apoſtata veſtem priorem, indumentum Spiri-
ritus ſancti, & anulum denuo ſignaculum lauacri, &
rurſus illi mactabitur Chtiſtus, & recumbet eo in tho-
ro, 75 de quo indigne veſtiti à tortoribus ſolent tolli & Matth. 22.
abiici in tenebras, nedum ſpolitati. Plus eſt igitur, ſi nec Luc. 15.
expedit in Chriſtianum conuenire ordinem filii prodi-
gi. Quod ſi nec in Iudęum integre filii imago concurrit,
ad propoſitum Domini ſimpliciter interpretatio guber-
nabitur. *Venerat Dominus* vtique, *vt quod perierat, ſaluum* Matth. 11.
*faceret, medicus languentibus magis quam ſanis neceſſarius.* Hoc Matth. 9.
& in parabolis figurabat, & in ſententiis prædicabat.
Quis perit hominum, quis labat de valetudine, niſi qui
Deum neſcit? Quis ſaluus ac ſanus, niſi qui Deum no-
uit? Has duas ſpecies de genere fraternas hæc quoque Luc. 15.
ſignabit parabola. 76 Vide an habeat ethnicus ſubſtan- F
tiam in Deo Patre cenſus & ſapientiæ & naturalis agni-
tionis in Deum, per quam & Apoſtolus notat in ſapi-
entia Dei non cognouiſſe mundum per ſapientiam De-
um. quam vtique à Deo acceperat. Hanc itaque prode- 1. Cor. 1.
git longe à Domino moribus factus inter errores & il- Luc. 15.
lecebras & lididines ſeculi, vbi fame veritatis con pul-
ſus tradidit ſe principi huius æui. Ille eum prȩfecit porci
(vt familiare id dæmonum pecus paſceret) vbi nec illi
compos eſſet vitalis eſca, ſimulque alios videret in ope-
re diuino abundantes pane cœleſti. Recordatur Patris
Dei ſatis facto redit, veſtem priſtinam recipit, ſtatum
ſcilicet eum, quem Adam transgreſſus amiſerat. Anu-
lum quoque accipit tunc primum, 77 quo fidei pactio-
nem interrogatus obſignat, atque ita exinde 78 opimi-
tate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtia ſcilicet.
Hic erit prodigus filius, qui nunquam retro frugi, qui
ſtatim prodigus, quod non ſtatim Chriſtianus. Hunc &
Phariſæi de ſeculo ad patris complexus reuertentem,
in publicanis & peccatoribus mœrebant. Et ideo ad hoc
ſolum maioris fratris accommodatus eſt liuor, non G
quia innocentes & Deo obſequentes Iudæi, ſed quia
inuidentes nationibus ſalutem, plane quos ſemper apud
patrem eſſe oportuerat, Et vtique Iudæus ad primam
ſtatim vocationem Chriſtiani gemit, non ad ſecundam
reſtitutionem Illa enim etiam ethnicis relucet, hæc
vero quæ in Eccleſiis agitur, ne Iudæis quidem nota eſt.
Puto me & materiæ parabolarum, & congruentiæ re-
rum, & tutelæ diſciplinarum accommodatiores inter- Ibidem.
pretationes reddidiſſe. 79 Ceterũ ſi in hoc geſtit diuer-
ſa pars ouem & drachmam, & filii luxuriam Chriſtiano
peccatori configurare, vt mœchiam & fornicationem
pœnitentia donent, aut & cetera delicta pariter capita-
lia concedi oportebit, aut paria quoque eorum mœc-
hiam & fornicarionem in conceſſibilia ſeruari. Sed plus
eſt quod nihil aiiud argumentari licet citra id de quo a-
gabatur. Denique ſi aliorſum parabolas tranſducere li-
ceret, ad martyrium potius dirigeremus ſpem illarum,
quod ſolum omni ſubſtantia prodacta reſtituere filium H
poterit, & drachmã inter omnia licet in ſtercore reper-
tam cum gaudio prędicabit, & ouem per aſpera quæque
& abrupta fugitiuam humeris ipſius Domini in gregẽ
referet. Sed malumus in ſcripturis minus ſi forte ſapere
quam contra. Proinde ſenſum Domini cuſtodire debe-
mus atque prȩceptum. 80 Non eſt leuior tranſgreſſio in
interpretatione, quam in conuerſatione. [81 Excuſſo
igitur iugo in ethnicum differendi parabolas iſtas, & Cap. X.
ſemel diſpecta neceſſitate non aliter interpretandi, quã
materia propoſiti eſt, contendunt iam nec competere
ethnicis pœnitentiæ denunciationem, quorum deli-
cta obnoxia ei non ſint, ignorantiæ ſcilicet imputanda,
quam ſola natura ream Deo facit. Porro nec remedia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A ſapere, quibus pericula ipſa non ſapiant: illic autem pœ-
nitentiæ conſtare rationem, vbi conſcientia & volunta-
te delinquitur, vbi & culpa ſapiat & gratia, illum lugere,
illum volutari qui ſciat, & quid amiſerit, & quid ſit re-
cuperaturus ſi pœnitētiam Deo immolarit, vtique eam
magis filijs offerenti quam extraneis. [82] Non ergo &
Ionas idcirco ethnicis Niniuitis non putabat pœniten-
tiam neceſſariam, cum cauillaretur in prædicationis of-
ficio, an potius miſericordiam Dei prouidens etiam in
*Iona 3.* extraneos profuſam, quaſi deſtructuram præconiū ve-
rebatur. Atque adeo propter ciuitatem profanam non-
dum Dei compotem adhuc ignorantia delinquentem
pene periit Prophetes, niſi quod exemplum paſſus eſt
dominicæ paſſionis, ethnicos quoque pœnitentes re-
dempturæ. Bene, quod & Ioannes Domini vias ſternēs,
*Ion. 3.* non minus militantibus & publicanis quam filiis Abra-
*Matth. 12.* ham, pœnitentiæ erat præco. Ipſe Dominus Sidoniis &
*Luc. 3.* Tyriis præſumpſit pœnitentiam, ſi virtutum documen-
*Matth. 11.* ta vidiſſent. Atquin ego illam naturalibus magis pecca-
toribus competere contendam, quam voluntariis. Ma-
gis enim merebitur fructum eius qui nondum eo vſus
eſt, quam qui iam & abuſus eſt, magiſque ſapient reme-
B dia prima quam exoleta. Nimirum Dominus ingratis
benignus magis quam ignaris, & citius reprobatis mi-
ſericors, quam nondum probatis, vt non magis iraſca-
tur contumeliis clementiæ ſuæ quam blandiatur, & nō
libentius extraneis eam impertiat quā in filiis perdidit,
cum gentes ſic adoptauerit, dum Iudæi de patientia lu-
dunt. [83] Sed hoc volunt Pſychici vt Deus, iuſtus iudex
*Pſal. 7.* eius peccatoris pœnitētiam malit quā mortē, qui mor-
*Ezech. 33.* tem pœnitentia maluit. Quod ſi ita eſt, peccando pro-
meremur. Age tu funambule pudicitiæ & caſtitatis & o-
mnis circa ſexū ſanctitatis, qui tenuiſſimum filū diſcipli-
na eiuſmodi, veri auia, pēdente veſtigio ingrederis, car-
nem ſpiritu librans, animam fide moderans, oculum
metu temperans. Quid itaque in gradu totus es? perge
ſane ſi potueris, ſi volueris, dum tam ſecurus & quaſi in
ſolido es. Nā ſi qua te carnis vacillatio, animi auocatio,
oculi euagatio de tenore decuſſerit, Deus bonꝰ eſt. Suis
non ethnicis ſinum ſubiicit, ſecunda te pœnitētia exci-
piet, eris iterum de mœcho Chriſtianus. Hæc tu mihi
benigniſſime Dei interpres. Sed cederem tibi, [84] ſi ſcri-
C ptura paſtoris, quę ſola mœchos amat, diuino inſtrumē-
to meruiſſet incidi, ſi non ab omni concilio Eccleſiarū
etiam veſtrarum inter apocrypha & falſa iudicaretur, a-
dultera & ipſa, & inde patrona ſociorum. A qua & alias
initiaris, cui ille ſi forte patrocinabitur paſtor quem in
calice depingis, [85] (proſtitutorem & ipſum) Chriſtiani
ſacramenti, merito & ebrietatis idolum & mœchiæ aſy-
lum poſt calicem ſubſecuturæ, de quo nihil libētius bi-
bas, quam ouem pœnitentiæ ſecundæ. At ego eius pa-
ſtoris ſcripturam haurio qui nō poteſt frangi. Hanc mi-
hi ſtatim Ioannes offert cum pœnitentiæ lauacro & of-
ficio dicentem: [86] *Facite dignos pœnitentiæ fructus, & ne di-*
*Matth. 3.* *xeritis, patrem habemus Abraham*, ne ſcilicet rurſum blan-
dimenta delinquentiæ de patrum reſumerent gratia.
*Poteſt enim Deus de lapidibus iſtis filios ſuſcitare Abrahæ.* Sic &
nos ſequitur, vt eos qui hactenus delinquant facientes
dignum pœnitentiæ fructum. Quid enim ex pœniten-
tia matureſcit, quam emendationis effectus? Sed & ſi
venia potius eſt pœnitentiæ fructus, hanc quoque con-
Cap. XI. ſiſtere non licet ſine ceſſatione delicti. Ita ceſſatio deli-
D cti radix eſt veniæ, vt venia ſit pœnitentiæ fructus. [ [87]
*Luc. 7.* Exinde quod ad Euangelium pertinet, parabolarū qui-
*Matth. 26.* dem diſcuſſa iam quæſtio eſt. Si vero & factis aliquid
*Ioan. 4.* tale pro peccatoribus edidit Dominus: vt cum pecca-
trici fœminę etiam corporis ſui contactum permittit la-
uanti lacrymis pedes eius, & crinibus detergenti, [88] &
vnguēto ſepulturam ipſius inauguranti, vt cum [89] Sa-
maritanæ ſexto iam matrimonio, non mœchæ, ſed pro-
ſtitutæ, etiam quod nemini facile, quis eſſet, oſtēdit, ni-
hil ex hoc aduerſariis confertur, etſi iam Chriſtianis ve-
niam delictorum præſtitiſſet. [90] Nunc n. dicimus, ſoli
Domino hoc licet, hodie poteſtas indulgentiæ eius o-
peretur. At illa tamen tempora quibus in terris egit, hoc
definimus nihil aduerſum nos præiudicare, ſi peccato- E
ribus etiam Iudæis venia conferebatur. [91] Chriſtiana
n. diſciplina à nouatione Teſtamēti, & vt præmiſimus,
à redemptione carnis, id eſt, Domini paſſione cenſetur.
Nemo perfectus ante repertū ordinē fidei, nemo Chri-
ſtianus ante Chriſtum cœlo reſumptum, nemo ſanctus
ante Spiritum ſanctum de cœlo repræſentatum, ipſius
diſciplinæ determinatorem. [ [92] Itaque iſti qui aliū Pa- Cap. XII.
racletum in Apoſtolis & per Apoſtolos receperunt, quē
nec in Prophetis proprius agnitum, iam nec in Apoſto-
lis poſſident, age nunc [93] vel de Apoſtolico inſtrumento
doceant maculas carnis poſt baptiſma reſperſæ pœnitē-
tia dilui poſſe, nos in Apoſtolis quoq; veteris legis formā
ſalutamus, circa mœchiæ, quāta ſit, demonſtrationem,
ne forte lenior exiſtimetur in nouitate diſciplinarum,
quā in vetuſtate. Cum primum intonuit Euāgelium, &
vetera concuſſit, vt de legis retinēdæ nec ſtatu diſcepta-
retur, primam hanc regulā de auctoritate Spiritus ſancti
Apoſtoli emittunt ad eos qui iam ex nationibus allegi F
cœperant. *Viſum eſt*, inquiunt, *Spiritui ſancto & nobis, nul-* *Act. 15.*
*lum amplius vobis adiicere pondus, quam eorum à quibus neceſſe*
*eſt abſtineri,* [94] *à ſacrificiis, & à fornicationibus, & ſanguine. A*
*quibus obſeruando recte agitis, vectante vos ſpiritu Sancto.* Suffi-
cit & hic ſeruatum eſſe mœchiæ & fornicationi locum
honoris ſui inter idololatriam & homicidium. Interdi-
ctum n. ſanguinis multo magis humani intelligemus.
Porro qualia videri volunt Apoſtoli crimina, quæ ſola
in obſeruatione de lege priſtina excerpunt, quę ſola ne-
ceſſario abſtinenda præſcribunt. Non quod alia permit-
tant, ſed quod hæc ſola præponant vtique non remiſſi-
bilia, qui ethnicorum cauſa cetera legis onera remiſſibi-
lia fecerunt. [95] Cur ergo ceruicem noſtram à tanto iugo
excuſant, niſi vt illis compendia iſta diſciplinæ ſemper
imponant? Cur tot vincula indulgent, niſi vt perpetuo
ad neceſſariora conſtringant? Soluerunt à pluribus, vt
nocentioribus obſeruandis obligaremur. Compenſa-
tione res acta eſt, lucrati ſumus multa, vt aliqua præſte-
mus. Compenſatio autem reuocabilis non eſt, iiſdem-
que reuocabitur, iteratione mœchiæ vtique & ſangui-
nis & idololatriæ. Tota enim iam lex ſumetur, ſi veniæ G
conditio ſoluetur. [96] Sed non leuiter nobis compactus
eſt ſpiritus ſanctus, etiam vltro pactus, quo magis ho-
norandus. Sponſionem eius nemo diſſoluet, niſi ingra-
tus. Iā nec recipiat quæ dimiſit: nec dimittet quæ reti-
nuit. Nouiſſimi Teſtamenti ſemper indemutabilis ſta-
tus eſt, & vtique recitatio decreti, cōſiliumque illud cū
ſeculo deſinet. Satis denegauit veniam eorum, quorū
cuſtodiam elegit, vindicauit quæ non proinde conceſ-
ſit. [97] Hinc eſt quod neque idololatriæ, neque ſanguini
pax ab Eccleſiis redditꝰ. De qua finitione ſua Apoſtolos
excidiſſe, puto, non licet credere: aut ſi credere quidam
poſſunt, debebunt probare. [ [98] Nouimus plane & hic Cap. XIII.
ſuſpiciones eorū. Reuera enim ſuſpicantur Apoſtolum *2. Cor. 2.*
Paulum in ſecūda ad Corinthios eidem fornicatori ve- *1. Cor. 15.*
niam dediſſe, quem in prima dedendum ſatanæ in inte- *2. Cor. 2.*
ritum carnis pronuntiarit, impium patris de matrimo-
nio hæredem, quaſi ve ipſum poſtea ſtylum verterit ſcri-
bens: [99] *Si quis autem contriſtauit, non me contriſtauit, ſed ex*
*parte ne vos onerem omnes. Satis eſt talis increpatio quæ à multis*
*fit. Vti è contrario magis vos donare & aduocare, ne forte abun-*
*dantiore triſtitia deuoretur eiuſmodi. Propter quod oro vos con-*
*ſtituatis in eum dilectionem. In hoc enim & ſcripſi, vti cognoſcam*
*probationem veſtram, quod in omnibus obauditis mihi. Si cui* H
*autem donaueritis, & ego. Nam & ego ſi quid donaui, donaui in*
*perſona Chriſti, ne fraudemur à ſatana, quoniam non ignoramus*
*iniectiones eius.* Quid hic de fornicatore, quid de paterni
thori contaminatore? Quid de Chriſtiano [100] ethnico-
rum impudētiam ſupergreſſo intelligitur? Cum proin-
de vtique ſpeciali venia abſoluiſſet, quem ſpeciali ira
damnaſſet. Obſcurius miſeretur, quam indignatur. A-
pertior eſt in auſteritate, quam in lenitate. Atquin fa-
cilius ira quam indulgentia obliqua eſt. Magis triſtiora
cunctantur, quam lætiora. De modica ſcilicet indulgē-
tia agebatur, quæ ſi forte nunc æſtimaretur, quomodo
maxima quæque non ſoleant etiam ſine prædicatione

[A] donari, tanto abeſt ſine ſignificatione. Et tu quidem pœnitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem in Eccleſiam inducens, conciliatum & concineratum cum dedecore & horrore compoſitum proſternens in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacrymas ſuadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem, inque eum hominis exitum quantis potes miſericordiæ inlecebris, bonus paſtor 101 & benedictus Papa concionaris, & in parabola ouis capras [Luc. 15.] tuas quęris, tua ouis ne rurſus de grege exiliat, quaſi non exinde iam liceat, quod nec ſemel licuit: ceteras etiam metu comples cum maxime indulgens: Apoſtolus vero ſceleratam libidinem fornicationis inceſto onuſtam tam proiecte ignouiſſet, vt nec hunc ſaltem habitum legatum pœnitentiæ, quem ab ipſo didiciſſe deberes, ab eo exegerit, nihil de poſtero ſi comminatus, nihil de cetero allocutus? [2. Cor. 2.] Quinimmo & vltra obſecrat, conſtituerent in eum dilectionem, quaſi ſatisfaciens, non quaſi ignoſcens. 102 Et tamen dilectionem audio, non communicationem. Quod & ad Theſſalonicenſes: [2. Theſſ. 2.] 103 *Si quis autem non obaudit ſermoni noſtro per epiſtolam, hunc notate, ne commiſceamini illi vt reuereatur, non quaſi inimicum deputantes, ſed quaſi fratrem obiurgantes.* Adeo potuiſſet dicere & fornicatori dilectionem ſolummodo conceſſam, [2. Cor. 2. 1. Cor. 5. 2. Cor. 2. 1. Cor. 5.] non & communicationem. Inceſto vero nec dilectionem, 104 quem ſcilicet auferri iuſſiſſet de medio ipſorum, multo magis vtique de animo. Sed verebatur ne [B] fraudarentur à ſatana circa eius perſonæ amiſſionem, quem ſatanæ ipſe proiecerat: aut ne abundantia mœroris deuoraretur, quem in interitum carnis addixerat. Hic iam carnis interitum in officium pœnitentiæ interpretantur, quod videatur ieiuniis & ſordibus & incuria omni & dedita opera malæ tractationis carnem exterminando ſatis Deo facere: vt ex hoc argumententur fornicatorem, immo inceſtum illum non in perditionem ſatanæ ab Apoſtolo traditum, ſed in emendationem, quaſi poſtea veniam ob interitum, id eſt, conflictationem, carnis, conſecuturum. igitur & conſequutum. Plane idem Apoſtolus Hymenæum & Alexandrum ſatanę [1. Tim. 1. 2. Cor. 12.] tradidit, 105 vt emendarentur non blaſphemare, ſicut Timotheo ſuo ſcribit: *Sed & ipſe datum ſibi ait ſudem, angelum ſatanæ, à quo colaphizaretur, ne ſe extolleret.* Sed & hoc tangunt vt traditos ſatanæ ab illo in emendationem, non in perditionem intelligamus, 106 quid ſimile, blaſphemia & inceſtum & anima ab his integra, immo non aliunde quam ex ſumma ſanctitate, & ex omni innocentia elata, quæ in Apoſtolo colaphis ſi forte cohibebatur, per dolorem, vt aiunt, auriculæ vel capitis. Inceſtum vero atque blaſphemia totos homines in [C] poſſeſſionem ipſi ſatanę, non angelo eius tradidiſſe meruerunt. Et de hoc enim intereſt, immo & ad hoc plurimum refert, quod illos traditos ab Apoſtolo legimus ſatanæ, Apoſtolo vero angelum datum ſatanæ. Poſtremo cum deprecatur Dominum Paulus, quid audit? [1. Cor. 5. 2. Cor. 12. Ibidem. 1. Cor. 5. 1. Tim. 1.] *Satis habe gratiam meam, virtus enim in infirmitate perficitur.* Hoc qui ſatanæ deduntur, audire non poſſunt. Hymenæi autem & Alexandri crimen ſi & in iſto & in futuro æuo irremiſſibile eſt, blaſphemia ſcilicet, vtique Apoſtolus non aduerſus terminum Domini ſub ſpei veniæ dediſſet ſatanæ, iam à fide in blaſphemiam merſos. Vnde & naufragos eos iuxta fidem pronuntiauit, non habentes iam ſolatium nauis Eccleſiæ. [D] Illis enim venia negatur, qui de fide in blaſphemiam impegerunt. Ceterum ethnici & hæretici quotidie ex blaſphemia emergunt. [Ibidem. Ibidem.] Sed & ſi dixit: *Tradidi eos ſatanæ vti diſciplinam acciperent non blaſphemandi*; de 107 ceteris dixit, qui illis traditis ſatanæ, id eſt extra Eccleſiam proiectis, erudiri haberent blaſphemandum non eſſe. [1. Cor. 5.] Sic igitur & inceſtum fornicatorem non in emendationem, ſed in perditionem tradidit ſatanæ, ad quem iam ſuper ethnicos delinquendo tranſierat, vt diſcerent fornicandum non eſſe. 108 Denique, *in interitum*, inquit, *carnis*, non in cruciatum, ipſam ſubſtantiam damnans per quam exciderat, quæ exinde iam perierat baptiſmate amiſſo, *vt ſpiritus*, inquit, *ſaluus ſit in die Domini.* Et de hoc enim quæratur, ſi ſpiritus hominis ipſius ſaluus erit. [E] Ergo ſaluus erit ſpiritus tanto ſcelere pollutus, propter hoc perdita carne, vt ſaluus ſit in pœna. Ergo pœnam ſine carne cenſebit contraria interpretatio, ſi reſurrectionem carnis amittimus. Supereſt igitur vt eum ſpiritum dixerit qui in Eccleſia cenſetur, ſaluum, id eſt, integrum præſtandum in die Domini ab immunditiarum contagione, eiecto inceſto fornicatore. Siquidem ſubiungit: 109 *Non ſcitis quod modicum fermentum totam deſipiat conſperſionem?* Et tamen fornicatio inceſta non erat modicum, ſed grande fermentum.

[Cap. XIV.] 110 Et his itaque diſcuſſis quæ interceſſerant, regredior ad ſecundam Corinthiorum, vt probem illud quoq; Apoſtoli dictum: 111 *Sufficiat eiuſmodi homini increpatio iſta quæ à multis?* [2. Cor. 2. 1. Cor. 5. 2. Cor. 2.] non in fornicatoris perſonam conuenire. Si enim dedendum ſatanæ pronuntiauerat in interitum carnis, vtique damnauerat eum magis, quam increpauerat. Alius ergo erat cui voluit ſufficere increpationem. Siquidem fornicator non increpationem de ſententia eius retulerat, ſed damnationem. Nam & hoc ipſum diſpiciendum tibi offero, an fuerint in epiſtola prima & alii qui Apoſtolum contriſtauerint incondite agentes, & contriſtati ſint ab illo increpationem referentes iuxta ſenſum epiſtolæ ſecundæ, ex quibus in ea [F] veniam aliquis potuerit adipiſci. 112 Animaduertamus autem totam epiſtolam primam, vt ita dixerim, non atramento, ſed felle conſcriptam, tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem, inuidioſam, & per ſingulas cauſas in quoſdam quaſi mancipes earum figuratam. Sic enim exegerant ſchiſmata, & æmulationes, & diſſenſiones, & præſumptiones, & elationes, & contentiones, vt & inuidia onerarentur, & correptione retunderentur, & ſuperbia elimarentur, & auſteritate deterrerentur. Et qualis inuidia humilitatis aculeus? [1. Cor. 1. 1. Cor. 2. 1. Cor. 4.] 113 *Deo gratias ago, quod neminem veſtrum tinxerim niſi Criſpum & Gaium, ne qui dicat quod in nomine meo tinxerim. Nec enim iudicaui ſcire aliquid in vobis, quam Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* 114 *Et puto, nos Deus Apoſtolos nouiſſimos elegit velut beſtiarios, quoniam ſpectaculum facti ſumus huic mundo, & angelis, & hominibus, & purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema.* Et: *Non ſum liber non ſum Apoſtolus? non Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi?* De quali contra ſupercilio pronuntiare compulſus eſt: [1. Cor. 9. 1. Cor. 4. 1. Cor. 9. 1. Cor. 6.] 115 *Mihi autem in modico eſt, vt à vobis interroger, aut ab humano die: neque n. conſcius mihi ſum.* Et *Gloriam meam nemo inaniet. Non ſcitis quod angelos ſumus iudicaturi?* [G] Ceterum libertas quam apertæ obiurgationis, quam exerta acies machæræ ſpiritalis? 116 *Iam ditati eſtis, iam ſaturati eſtis, iam regnatis.* Et: *Si quis ſe putat ſcire, nondum ſcit quemadmodum oporteat eum ſcire.* [1. Cor. 4. 1. Cor. 8. 1. Cor. 4. 1. Cor. 8.] Nonne & tunc in faciem alicuius impingens: *Quis enim*, inquit, *te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti? Quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Nonne & illos in os cædit? *Quidam autem in conſcientia vſque nunc quaſi idolothytum edunt. Sic autem delinquentes percutiendo conſcientias fratrum infirmas in Chriſtum delinquent.*

Iam vero & nominatim: [1. Cor. 9.] 117 *Aut non habemus poteſtatem manducandi & bibendi, & mulieres circunducendi, ſicut & ceteri Apoſtoli, & frarres Domini & Cephas?* Et: *Si alii de poteſtate veſtra conſequuntur, non magis nos?* [Ibidem. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11. 1. Cor. 16.] Æque & illos ſingulari ſtylo figit: *Propterea qui ſe putat ſtare, videat ne cadat*, Et: *Siquis contentioſus videtur, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Domini.* [H] Tali clauſula maledicto detexta: *Si quis non amat Dominum Ieſum, ſit anathema Maranatha*: aliquem vtique percuſſit. Sed illic magis ſtabo, vbi Apoſtolus magis feruet, vbi ipſe fornicator aliis quoque negotium fecit. [1. Cor. 4.] 118 *Quaſi non ſim venturus ad vos, inflati ſunt quidam. Veniam autem citius, ſi permiſerit Dominus, & cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Et quid vultis veniam ad vos, in virga, an in ſpiritu lenitatis?* [1. Cor. 5.] Quid enim ſuberat? *Auditur in vobis in totum fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec in gentibus, vt vxorem patris ſui quis habeat Et vos inflati eſtis, & non luxiſtis potius, vt auferatur de medio veſtrum qui tale facinus admiſit:*

Pro quo lugerent? vtique pro mortuo. Ad quem lugerent? vtique ad Dominum. Quomodo auferatur



TERTULL OPERA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A de medio eorum? non vtique vt 119 extra Eccleſiam de-
tur: hoc enim non à Deo poſtularetur quod erat in præ-
ſidentis officio: ſed vt per 120 mortem hanc quoque cõ-
munem & propriam carnis ipſius quæ iam cadauer,
quod captiuum eſſet immunditia irrecuperabili tabio-
ſum, plenius de Eccleſia deberet auferri. Et ideo, quo-
*Ibidem.* modo interim potuit auferri iudicauit dedendum eiuſ-
modi ſatanæ in interitum carnis. Maledici enim eam
ſequebatur, quæ diabolo proijciebatur, vt ſacramento
benedictionis exautoraretur, nunquam in caſtra Eccle-
*1. Cor. 4. & 5.* ſiæ reuerſura. 121 Videmus itaque hoc in loco diuiſam
Apoſtoli ſeueritatem in quendam inflatum & in quen-
dam inceſtum: in alterum virga, in alterum ſententia
armatum. Virga, qua minabatur: ſententia, quam exe-
quebatur. Illam adhuc corruſcantem, hanc ſtatim ful-
minantem, qua increpabat, quaque damnabat. Cer-
tumque eſt exinde increpitum quidem ſub intentatio-
tione virgæ tremuiſſe, damnatum vero ſub repreſenta-
tione pœnæ periſſe: ſtatim ille timens plagam abiit, ille
B luens pœnam. Cum ad Corinhios eiuſdem Apoſtoli lit-
*2. Cor. 2.* teręiterant, venia fit plane. ſed incertũ cui, quia nec per-
*1. Cor. 5.* ſona, nec cauſa proſcribitur. Res cum ſenſibus conferã.
*1. Cor. 4.* inceſtus apponitur, ibidem erit & inflatus. Sane rei ra-
tio ſatis habetur, cum inflatus increpitus eſt, inceſtus ve-
ro damnatus eſt. Inflato ignoſcitur, ſed increpito ince-
ſto non videtur ignotum vt damnato. Si ei ignoſceba-
*2. Cor. 2.* tur cui deuoratio ex mœrore nimio timebatur, deuora-
rari adhuc increpitus periclitabatur, deficiens ob com-
minationem, & mœrens ob increpationem: damna-
tus vero & culpa & ſententia, iam deuoratus deputaba-
tur, qui non mœrere haberet, ſed pati quod ante paſſio-
nem mœrere potuiſſet. Si idcirco ignoſcebatur ne frau-
*Ibidem.* daremur à ſatana, in eo vtique detrimentum præcaue-
*1. Cor. 5.* batur quod nondum periſſet: nihil de tranſacto præca-
uetur, ſed de adhuc ſaluo. Damnatus autem & quidem
in poſſeſſionem ſatanæ, iam tunc perierat Eccleſiæ, cum
tale facin⁹ admiſerat, nedum cum & ab ipſa eierabatur.
Quomodo vereretur fraudem pati eius, quem iam & e-
reptum amiſerat, & damnatum habere non potuerat?
Poſtremo quid iudicem indulgere cõueniet, [quod pro-
nuntiatione deciderit? an quod interlocutione ſuſpen-
derit? & vtique eum iudicem, qui non ſolet ea quæ de-
ſtruxit, reædificare, ne tranſgreſſor habeatur. Age iam ſi
*1. Cor. 4. & 5.* non tot perſonas prima epiſtola contriſtaſſet, ſi nemi-
*2. Cor. 2.* nem increpuiſſet, neminem terruiſſet, ſi ſolum inceſtũ
C cæcidiſſet, ſi nullum in cauſam eius in pauorem miſiſſet,
inflatum conſternaſſet, nonne melius ſuſpicareris, & fi-
delius argumentareris, aliquem potius longe alium a-
pud Corinthios tunc in eadem cauſa fuiſſe, vt increpi-
tus & territus & mœrore iam ſaucius, propterea per-
mittente modulo delicti veniam poſtea ceperit, quam
vt eã inceſto fornicatori interpretareris? Hoc enim le-
giſſe debueras, & ſi non epiſtola, ſed in ipſa Apoſtoli ſe-
cta à pudore clarius quam ſtylo eius impreſſum: ne ſci-
licet 122 Paulum 1 Apoſtolum Chriſti, 2 doctorem na-
*1 Rom. 1.* tionum in fide & veritate, vas 3 electionis, Eccleſiarum
*2 1. Tim. 2.* conditorem, cenſorem diſciplinarum, tantæ leuitatis
*3. Act. 9.* inficeres, vt aut damnauerit 4 temere, quem mox eſſet
*4 1. Cor. 5.* abſoluturus, aut temere abſoluerit 5 quem non temere
*5 2. Cor. 2.* damnaſſet, ob ſolam licet fornicationem ſimplicis im-
*1. Cor. 5.* pudicitiæ nedum ob inceſtas nuptias, & impiam luxuri-
D am, & libidinem parricidalem, quam nec nationibus
comparauerat, ne conſuetudini deputaretur, quam ab-
*1. Cor. 7.* ſens iudicarat, ne ſpatium reus lucraretur, quam aduo-
cata etiam Domini virtute damnauerat, ne humana
ſententia videretur. 123 Luſit igitur & de ſuo ſpiritu, &
de Eccleſię angelo & de virtute Domini, ſi quod de con-
Cap. XV. ſilio eorum pronuntiauerat reſcidit. [ 124 Si etiam ſe-
quentia illius epiſtolæ ad intentationẽ Apoſtoli exten-
das. nec ipſa cõparabuntur ad oblitterationem inceſti,
ne & hic ſuffundatur Apoſtolus poſteriorum incongru-
entia ſenſuum. Quale eſt enim vt cum maxime inceſto
fornicatori poſtliminium largitus Eccleſiaſticæ pacis
ſtatim ingeſſerit de aduerſatione immunditiarum, de
amputatione macularum, de exhortatione ſanctimoni-
arum, quaſi nihil contrariũ paulo ante decreuerit? Cõ- E
para, denique, an eius ſit dicere, 125 *Propterea habentes mi-* *2. Cor. 4.*
*niſtrationem iſtam, ſecundum quod miſericordiam conſecuti ſu-*
*mus, non deficimus, ſed abdicamus occulta decoris,* qui non de-
decoris tantum, ſed & ſceleris manifeſtum dedamna-
uerit. An eiuſdem ſit excuſare aliquam impudicitiam, *2. Cor. 6.*
126 qui inter titulos laborum ſuorum, poſt auguſtias at-
que preſſuras, poſt ieiunia & vigilias caſtimoniam quo-
que prædicarit? An eiuſdem ſit recipere in communi-
cationem reprobos quoſque qui ſcribat: *Quæ enim ſocie-* *Ibidem.*
*tas iuſtitiæ & iniquitati? quæ autem communicatio loci & tene-*
*bris? quæ conſonantia Chriſto & Belial? aut quæ pars fideli cum*
*infideli? aut quis conſenſus templo Dei & idolis?* Nonne con-
ſtanter audire debebit, & quomodo diſcernis, quæ ſu-
pra inceſti reſtitutione iunxiſti? Illo enim concorporato
rurſus Eccleſiæ, & iuſtitia cum iniquitate ſociatur, & te-
nebræ cum luce communicant, & Belial cõſonat Chri-
ſto, & infidelis, cum fideli ſacramenta participiat? Et vi-
derint idola, ipſe templi Dei vitiator in templum Dei
conuenit. Nam & hic: *Vos enim,* inquit, *eſtis templum Dei* *Ibidem.*
*viui. dicit enim, quia inhabitabo in vobis, & inambulabo, & e-* F
*ro Deus illorum, & illi erunt mihi populus. Propter quod diſcedite*
*de medio eorum, ſeparamini, & immundum ne attigeritis.* Hoc
quoque euoluis, ô Apoſtole, vt cum maximè ipſe tan-
to immunditiarum gurgiti manum tradis, immo & ad-
huc ſuper dicis: 127 *Habente. igitur promiſſionẽ iſtam dilecti*
*emundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, per-* *2. Cor. 7.*
*ficientes caſtimoniam in Dei timore.* Oro te, qui talia infigit
mentibus noſtris, reuocauerat aliquem fornicatorem
in Eccleſiam? an ideo ſcribit, ne tibi nunc reuocaſſe vi-
deatur? Hæc ſicuti & p̃teritis præſcribere, ita & ſequen-
tibus præiudicare debebunt. 128 In finem enim epiſto- *2. Cor. 12.*
læ dicens: *Ne rurſus cum venero, humilet me Deus, & lugeam*
*multos eorum qui ante deliquerunt, & pœnitentiam non ege-*
*runt ſuper immũditia quam admiſerunt, fornicatione & vilita-*
*te:* Noe vtique recipiendos conſtituit, ſi pœnitentiam
iniſſent, quos in Ecclſia inuenturus erat, ſed lugendos,
& ſine dubio eiiciendos, vt pœnitentiam perderent.
Et ceterum non competit eum de communicatione ali-
quid hic oſtendiſſe, qui eã ſupra luci & tenebris, iuſti- *2. Cor. 6.*
tiæ & iniquitati negarat. Sed ignorant Apoſtolũ omnes
iſti, qui aliquid contra naturam atque propoſitũ homi-
nis ipſius, contra formã & regulam doctrinarum eius
intelligunt, vt ſanctitatis omnis etiã ex ſemetipſo magi-
ſtrum, impuritatis omnis execratorẽ & expiatorem &
vbiq; talem, citius inceſto, quam alicui humaniori reo
Eccleſiã reddidiſſe p̃ſumant. [ 129 Neceſſe eſt igitur vſq;
illis Apoſtolum oſtendi, quẽ ego & in ſecunda Corin- G
thiorum talẽ defendam, qualem in omnibus litteris no- Cap. XVI.
ui. 130 Qui & in prima primus omniũ tẽplum Dei dedi- *1. Cor. 3.*
cauit: *Non ſcitis vos templũ Dei eſſe, & in vobis Dominum habi-*
*tare,* qui & in templo ſanciendo, purificandoq; editualẽ
legem ſcripſit: *Si quis templũ Dei vitiauerit, vitiabit illũ Deus,*
*templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Age iã quis om-
nino vitiatum Deo redintegrauit, id eſt, traditum ſata- *Ibidem.*
næ in interitũ carnis, cum idcirco ſubſtruxerit: *Nemo ſe-*
*ducat ſemetipſum,* i. nemo præſumat vitiatũ Deo redinte- *Ibidem.*
grati denuo poſſe. Sicut rurſus inter cetera, 131 imo & an- *1. Cor. 6.*
te cætera: Mœchos & fornicatores & molles & maſculo-
rum cõcubitores negans regnũ conſecuturos, præmiſit:
*Nec erraueritis,* ſcil. putaueritis eos onſecuturos. Quibus
autem regnum adimitur, vtique nec vita permittitur
quæ ineſt regno. Etiam ingerens. *Sed hæc quidem fuiſtis,* H
*ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chri-* *Ibidem.*
*ſti, & in ſpiritu Dei noſtri:* quanto delicta iſta ante laua-
crum accepto facit, tanto poſt lauacrum irremiſſibi-
lia conſtituit. 132 Siquidem denuo ablui non licet.
Agnoſce & in ſequentibus Paulum columnam im-
mobilem diſciplinarum: 133 *Cibi ventri, & venter cibis,*
*Deus & hunc & illos conficit. Corpus autem non fornicationi,*
*ſed Deo. Faciamus* enim *hominem, ait Deus, ad imaginem*
*& ſimilitudinem noſtram, & fecit hominem Deus, ad imagi-*
*nem & ſimilitudinem Dei fecit illum.* Dominus corpori,
*& Sermo* enim *caro factus eſt.* Deus autem & Domi- *Ibidem.*
num ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam. *Gen. 1.*

[A] [1.Cor.6.] Propter corporis ſcilicet nexum cum illo. Et ideo: *Non ſcitis corpora veſtra membra Chriſti?* Quia & Chriſtus Dei templum, [Ioan.1.] 134 *Euertite templum hoc, & ego illud in triduo reſuſcitabo.* [1.Cor.6.] 135 *Auferens membra Chriſti, faciam membra fornicariæ?* [Ibidem.] *Non ſcitis quod qui agglutinatur fornicariæ, vnum corpus efficitur, erunt enim duo in vnam carnem.* [Ioan.2.] [1.Cor.6.] *Qui autem agglutinatur Domino, vnus ſpiritus. Fugite fornicationem.*

Si reuocabilem venia, quomodo fugiam mœchus denuo futurus? nihil profecero ſi eam fugero, vnum ero corpus, cui communicando agglutinabor. *Omne delictum quod admiſerit homo, extra corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Ac ne hoc dictum in licentiam fornicationis inuaderes, vt in rem tuam non Domini delicturus, aufert tibi, & Chriſto, ſicut diſpoſuerat, adiicit: *Et non eſtis veſtri.* Statim opponens: *empti enim eſtis pretio,* ſanguine ſcilicet Domini *glorificate* & tollite *Dominum in corpore veſtro.* Hoc qui præcipit, vide an ignouerit ei qui dedecorauerit Dominum, & qui eiecerit eum de corpore ſuo, & quidem per inceſtum. [B] Si vis omnem notitiam Apoſtoli ebibere, vt intelligas quanta ſecuri cenſuræ omnem ſyluam libidinum cædat, & eradicet, & excaudicet, ne quidquam de recidiuo fruticare permittat, aſpice illum à iuſta fruge naturæ, à matrimonii dico pomo animas ieinnare cupientem. [1.Cor.7.] 136 *De quibus autem ſcribitis, Bonum eſt homini mulierem non contingere. Sed propter fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat, vir vxori, & vxor viro debitum reddat.* Huius boni fibulam quis illum neſciat inuitum relaxaſſe, vt fornicationi obuiam iſſet: quam ſi cui indulſit, vel indulget, vtique conſilium remedii ſui infregit: & tenebitur iam frenandis continentiæ coniugiis, ſi fornicatio, ob quam permittuntur, non timebitur. Non enim timebitur quæ ignoſcetur. Et tamen ignouiſſe ſe profitetur matrimonii [Ibidem.] vſum, non imperaſſe. Vult enim omnes ſibi adhærere. [Ibidem.] Si autem licita ignoſcuntur, illicita qui ſperant? Innuptis quoque & viduis bonum eſſe dicit exemplo eius perſeuerare. Si vero deficerent nubere, quia *præeſt nubere quam vri.* quibus oro ignibus deterius eſt vri, concupiſcentiæ, an pœnæ? [C] Atquin ſi fornicatio habet veniam, [Ibidem.] non erit concupiſcentia eius: Apoſtoli autem magis eſt pœnæ ignibus prouidere. Quod ſi pœna eſt quæ vrit, ergo veniam non habet fornicatio, quam manet pœna. Interea & diuortium prohibens, pro eo aut viduitatis perſeuerantiam, aut reconciliationem pacis dominico [Matth.5.] præcepto aduerſus mœchiam procurat, quia: *Qui dimiſerit vxorem præter cauſam mœchiæ, facit eam mœchari: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.* Quanta remedia ſpiritus ſanctus inſtaurat, ne id ſcilicet denuo admittatur, quod ignoſci denuo non vult. Iam ſi vſquequaque optimum dicit homini ſic eſſe: *Iunctus es vxori, ne quæſieris ſolutionem,* vt mœchiæ locum non des. [1.Cor.7.] *Solutus es ab vxore, ne quæſieris vxorem,* vt opportunitatem tibi ſerues. *Quod & ſi duxeris vxorem, & ſi nupſerit virgo, non peccat, preſſuram tamen carnis habebunt huiuſmodi.* Et hic parcendo permittit. Ceterum tempus in collecto conſtituit, vt & qui habent vxores, ſic ſint tamquam non habentes. *Præterit enim habitus huius mundi,* iam ſcilicet non deſiderantis, *Creſcite & multiplicamini.* [Gen.1.] Sic vult nos pater præter ſollicitudinem degere, [D] quia innupti de Domino curent, quomodo placeant [1.Cor.7.] Deo: nupti vero de mundo recogitent, quomodo placeant coniugio. Sic melius facere pronuntiat virginis conſeruatorem, quam erogatorem. Sic & illam beatiorem diſcernit, quæ amiſſo viro fidem ingreſſa amauerit occaſionem viduitatis. Si hæc omnia continentiæ conſilia vt diuina commendat, *puto,* inquit, *& ego ſpiritum Dei habeo,* quis iſte eſt aſſertor audaciſſimus omnis impudicitiæ, mœchorum & fornicatorum & inceſtorum plane fideliſſimus aduocatus, quibus honorandis ſuſcepit hanc cauſam aduerſus ſpiritum ſanctum, vt falſum teſtimonium recitet de Apoſtolo eius. Nihil tale Paulus indulſit, qui totam carnis neceſſitatem de probis etiam titulis oblitterare conatur. Indulget ſane non adulteria, ſed nuptias. Parcit ſane matrimoniis, non ſtupris. Tentat ne naturæ quidem ignoſcere, ne culpæ blandiatur: ſtudet compeſcere benedictionis concubitum, ne maledictionis excuſetur. [E] Hoc ei ſupererat, carnem vel à ſordibus purgare, à maculis enim non poteſt. 137 Sed eſt hoc ſolenne peruerſis & idiotis & hæreticis, iam & Pſychicis vniuerſis, alicuius capituli ancipitis occaſione aduerſus exercitum ſententiarum inſtrumenti totius armari.

[Ca. XVII.] [138 Prouoca ad Apoſtolicam aciem eum, aſpice epiſtolas eius, omnes pro pudicitia, pro caſtitate, pro ſanctitate prætendunt, omnes in luxuriæ & laſciuiæ & libidinis negotia iaculantur. Quid denique & Theſſalonicenſibus ſcribit? [1 Theſſ. 2.] 139 *Aduocatio enim noſtra non ex ſeductione, nec ex immuuditia.* Et: [1.Theſſ.4.] *Hæc eſt voluntas Dei ſanctimonia veſtra, abſtinere vos à fornicatione, ſcire vnumquemque vas ſuum poſſidere in ſanctimonia & honore, non in libidine concupiſcentiæ, ſicut nationes quæ Deum ignorant.* Quid Galatæ legunt? [Gal.5.] *Manifeſta ſunt opera carnis,* quænam iſta? 140 Imprimis poſuit fornicationem, immunditiam, laſciuiam, *quæ prædico vobis ſicut prædixi, quod qui talia agunt, regnum Dei non ſunt conſecuturi hæreditate.* Romani vero quid magis diſcunt quam non derelinquere Dominũ poſt fidem? [F] [Rom.6.] 141 *Quid ergo dicemus? perſeuerabimus in delinquentia, vt ſuperet gratia? Abſit. Qui mortui ſumus delinquentiæ, quomodo viuemus in ea adhuc? an ignoratis quod qui tincti ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem eius ſumus tincti? Conſepulti ergo illi ſumus per baptiſmum in mortem, vt ſicut Chriſtus reſurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ incedamus. Si enim conſati ſumus ſimulacro mortis eius, ſed & reſurrectionis erimus, hoc ſcientes quod vetus homo noſter confixus eſt illi. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quod & conuiuemus cum illo, ſcientes quod Chriſtus ſuſcitatus à mortuis, iam non moriatur, mors non iam dominetur eius. Quod enim mortuus eſt delinquentiæ, mortuus eſt ſemel. Quod autem viuit, Deo viuit. Ita & reputate voſmetipſos mortuos quidem delinquentiæ, viuentes autem Deo per Chriſtum Ieſum.*

Igitur ſemel Chriſto mortuo, nemo poteſt poſt Chriſtum mortuus delinquentiæ, & maxime tantæ, reuiuiſcere. Aut ſi poſſit fornicatio & mœchia denuo admitti, poterit & Chriſtus denuo mori. [G] Inſtat autem Apoſtolus prohibens regnare delinquentiam in corpore noſtro mortali, cuius infirmitatem carnis nouerat. [Ibidem.] *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra famula immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibete ea famula iuſtitiæ in ſanctimoniam.* [Rom.7.] 142 Nam, etſi habitare bonum in carne ſua negauit, ſed ſecundum legem litteræ in qua fuit: ſecundum autem legem ſpiritus, cui nos annectit, liberat ab infirmitate carnis. [Rom.8.] 143 *Lex enim,* inquit, *ſpiritus vitæ manumiſit te à lege delinquentiæ & mortis.* Licet enim ex parte ex Iudaiſmo diſputare videatur, ſed in nos dirigit integritatem & plenitudinem diſciplinarum, propter quos laborantes in lege per carnem miſerit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis delinquentiæ, & propter delinquentiam damnauerit delinquentiam in carne, *vt ius legis,* inquit, *impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum incedimus. Qui enim ſecundum carnem incedunt, ea quæ carnis ſunt ſapiunt: & qui ſecundum ſpiritum, ea quæ ſunt ſpiritus.* [Ibidem.] Senſum autem carnis mortem affirmauit eſſe. [Ibidem.] Dehinc & inimicitiam & in Deum, & eos qui ſunt in carne, id eſt, in ſenſu carnis, Deo placere non poſſe. Et: *Si ſecundum carnem viuitis,* inquit, *futurum eſt vt moriamini.* Quid autem intelligimus carnis ſenſum & carnis vitã, niſi quodcunque pudet pronuntiare? [H] Cetera enim carnis & Apoſtolus nominaſſet. Proinde & Epheſiis priſtina repu- [Epheſ.2.] tans, de futuro monet. 144 *In quibus & nos conuerſati ſumus facientes concupiſcentias & voluptates carnis.* 145 Notans deniq; illos qui ſe negaſſent, ſcilicet Chriſtianos, eo quod ſe tradidiſſent in operationem immunditiæ omnis: *Vos autem,* inquit, *non ſic dediciſtis Chriſtum.* Et iterum ſic dicit: [Ibidem.] *Qui furabatur, iam non furetur.* Sed & qui mœchabatur hactenus, nõ mœchetur, & qui fornicabatur hactenus, non fornicetur: adieciſſet enim & hæc, ſi talibus veniam porrigere conſueſſet, vel porrigi omnino voluiſſet, qui [Ibidem.] nec verbo pollui volens: *Omnis,* inquit, *ſermo turpis nõ procedat ex ore veſtro.* [Epheſ.5.] Item: 146 *Fornicatio autem & immunditia*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A

*Ibid.* *Epheſ.* 5.

*omnis ne nominetur quidem inter vos, ſicut decet ſanctos* ( tanto abeſt vt excuſetur ) *hoc ſcientes, quod omnis fornicator aut immundus non habeat Dei regnum. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hoc venit ira Dei ſuper filios incredulitatis.*

*Rom.* 3. *Epheſ.* 5. *Coloſſ.* 3.

Quis ſeducit inanibus verbis, niſi qui concionatur remiſſibilem eſſe mœchiam? non intuens etiam fundamenta eius ab Apoſtolo effoſſa, cum ebrietates & comeſſationes compeſcit, ſicut & hic: *Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Demonſtrat & Coloſſenſibus, quæ membra mortificent ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam 147 & turpiloquium. Concede iam tot ac talibus ſententiis vnum illud quod tenes pauca multis, dubia certis, obſcura manifeſtis adumbrantur. Etiam ſi pro certo Apoſtolus Corinthio illi fornicationem donaſſet, eſſet aliud quod ſemel contra inſtitutum ſuum pro ratione temporis fecerat. Circuncidit Timotheum ſolum, & tamen abſtulit circunciſionem.

2. *Cor.* 2. *Act.* 16. Ca. XVIII. *Gal.* 5.

[ 148 Sed hæc, inquit, ad interdictionem pertinebunt omnis impudicitiæ, & addictionem omnis impudicitiæ, ſaluo tamen loco veniæ, quæ non ſtatim denegatur, ſi delicta damnantur, quando veniæ tempus cum damnatione concurrat quam excludit.

B

Sequebatur & hoc Pſychicos ſapere, & ideo reſeruauimus huic loco, quæ aperte ad communicationem Eccleſiaſticam cauſis eiuſmodi negandam etiam antiquitus cauta ſunt. 149 Nam & in Prouerbiis Salomon, quæ παροιμίας dicimus, ſpecialiter de mœcho nuſquam expiabili.

*Prou.* 6.

*Mœchus autem,* inquit, *per indigentiam ſenſuum perditionem animæ ſuæ acquirit, dolores & dehoneſtationes ſuſtinet. Ignominia autem eius non abolebitur in æuum. Plena enim zeli, indignatio viri non parcet in die iudicii.* Hoc ſi de ethnico putaueris dictum, certe de fidelibus 150 iam audiſti per caſſum: *Excedite de medio eorum & ſeparamini, & immundum ne tetigeritis.*

2. *Cor.* 6. *Pſalm.* 1. *Pſal.* 25. *Ibidem.* *Pſalm.* 17.

Habes ſtatim in Pſalmis, *Beatum virum qui non abierit in conſilio impiorum, nec in via peccatorum ſteterit,* 151 *& in cathedra peſtilentiæ non ſederit.* Cuius & poſtea vox, *Non ſedi cum conceſſu vanitatis, & cum inique agentibus non introibo* ( hoc de Eccleſia male agentium ) *& cum impiis non ſedebo.* Et: *Lauabo cum innocentibus manus meas, & altare tuum circundabo Domine*, vt ſolus plures, quoniam quidem: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerſus eris.*

*Pſalm.* 49 1. *Cor.* 5.

C

Et alibi: *Peccatori autem dicit Dominus: Vt quid tu exponis iuſtificationes meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Hinc igitur informatus & Apoſtolus: *Scripſi,* inquit, *vobis in Epiſtola, non commiſceri fornicatoribus,* non vtique fornicatoribus huius mundi, & reliqua. *ceterum oportebat vos exire de mundo. nunc autem ſcribo vobis, ſi quis frater nominatur in vobis fornicator, aut idololatres,* ( quid enim tam coniunctum? ) *aut fraudator,* ( quid enim tam propinquum? ) *& cetera, cum talibus ne cibum quidem ſumere,* 152 nedum Euchariſtiam medicam. Scilicet & *fermentum modicum totam deſipit conſperſionem.*

*Ibidem.* 1. *Timot.* 5. *Epheſ.* 5. *Ibidem.*

Item ad Timotheum: 153 *Manus nemini cito imponas, neque communices delictis alienis.* 154 Item ad Epheſ. *Nolite ergo participes eſſe eorum. Fuiſtis enim aliquando tenebræ.* Et adhuc preſſius: *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, immo & reuincite ea. Quæ enim in occulto ab eis fiunt, turpe eſt edicere.* Quid turpius impudicitiis?

2. *Theſſ.* 3.

D

155 Si autem & ab eo otioſe incedente fratre denuntiat ſubduci Theſſalonicenſibus quanto magis & à fornicatore? Hæc enim conſultata ſunt Chriſti Eccleſiam diligentis, *qui ſe pro eo tradidit* 156 *vti eam ſanctificet, emundans lauacro aquæ in verbo, vt ſiſtat ſibi Eccleſiam glorioſam non habentem maculam aut rugam,* vtique poſt lauacrum, *ſed ſit ſancta & ſine opprobrio,* exinde ſcilicet ſine ruga veritatis vt virgo, ſine macula fornicationis & ſponſa, ſine probro vilitatis vt emundata. Quid ſi & hic reſpondere concipias, adimi quidem peccatoribus, vel maxime carne pollutis communicationem, ſed ad præſens, reſtituendã ſcilicet ex pœnitentiæ ambitu ſecundum illam clementiam Dei, quæ mauult peccatoris pœnitentiam quam mortem.

*Ezec.* 33.

Hoc enim fundamentum opinionis veſtræ vſquequaque pulſandum eſt.

E

Dicimus itaque, clementiæ diuinæ ſi ita eſſe competiſſet demonſtrationem ſui etiam poſt fidem lapſis, ita Apoſtolus diceret, *Nolite communicare operibus tenebrarum*, niſi pœnitentiam egerint: &, *Cum talibus ne cibum quidem ſumere*, niſi poſtea quam caligas fratrum volutando deterſerint. Et: *Qui templum Dei vitiauerit, vitiabit illum Deus*, niſi omnium focorum cineres in Eccleſia de capite ſuo excuſſerit.

*Epheſ.* 5. 1. *Cor.* 5. 1. *Cor.* 3.

Debuerat enim quæ damnauerat proinde determinaſſe, quonam vſque & ſub conditione damnaſſet, ſi temporali & conditionali, & non perpetua ſeueritate damnaſſet. Porro cum in omnibus Epiſtolis & poſt fidem talem prohibeat admitti, & admiſſum à communicatione detrudat, ſine ſpe conditionis vllius aut temporis, noſtræ magis ſententiæ adſiſtit, 157 eam pœnitentiam oſtendens Dominum malle, quæ ante fidem, quæ ante baptiſma morte peccatoris potior habeatur, ſemel diluendi per Chriſti gratiam, ſemel pro peccatis noſtris morte functi.

*Ezech.* 33. 1. *Tim.* 1.

Nam hoc etiam in ſua perſona Apoſtolus ſtatuit. Adfirmans enim Chriſtum ad hoc veniſſe, vt peccatores ſaluos faceret, quorum primus ipſe fuiſſet, 158 quid adiicit? *Et miſericordiam ſum conſecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate.*

F

*Ezech.* 33.

Ita clementia illa Dei malentis pœnitentiam peccatoris quam mortem, ad ignorantes adhuc & adhuc incredulos ſpectat, quorum cauſa liberandorum venerit Chriſtus, non qui iam Deum norint, & ſacramentum didicerint fidei. Quod ſi clementia Dei ignorantibus adhuc & infidelibus competit, vtique & pœnitentia ad ſe clementiam inuitat, ſalua illa pœnitentiæ ſpecie poſt fidem, 159 quæ aut leuioribus delictis veniam ab Epiſcopo conſequi poterit, aut maioribus & irremiſſibilibus à Deo ſolo.

Cap. XIX.

[ 160 Sed quonam vſque de Paulo, quando etiam Ioannes neſcio quid diuerſæ parti ſupplaudere videatur? quaſi in Apocalypſi manifeſte fornicationi poſuerit pœnitentiæ auxilium, 161 vbi ad angelum Thyatirenorum Spiritus mandat habere ſe aduerſus eum, quod teneret *mulierem Iezabel quæ ſe Prophetem dicit & docet, atque ſeducit ſeruos meos ad fornicandum & edendum de idolothytis. Et largitus ſum illi temporis ſpatium, vt pœnitentiam iniret, nec vult eam inire nomine fornicationis. Ecce dabo eam in lectum, & mœchos eius cum ipſa in maximam preſſuram, niſi pœnitentiam egerint operum eius.*

*Apoc.* 2.

Bene antem quod Apoſtolis & fidei & diſciplinæ regulis conuenit. *Siue enim ego,* inquit, *ſiue illi, ſic prædicamus,* Totius itaque ſacramenti intereſt, nihil credere ab Ioanne conceſſum, à Paulo ſit denegatum.

G

1. *Cor.* 15.

Hanc æqualitatem Spiritus ſancti qui obſeruauerit, ab ipſo deducetur in ſenſus eius. Hæreticam enim fœminam, quæ quod didicerat à Nicolaitis, docere ſuſceperat, in Eccleſiam latenter introducebat, & merito ad pœnitentiam vrgebat. 162 Cui enim dubium eſt hæreticum inſtitutione deceptum, cognito poſtmodum caſu, & pœnitentia expiato, & veniam conſequi, & in Eccleſiam redigi? Vnde & apud nos vt ethnico par, immo & ſuper ethnicum hæreticus etiam per baptiſma veritatis vtroque homine purgatus admittitur. 163 Aut ſi certus eſt mulierem illam poſt fidem viuam in hæreſi poſtea expiraſſe, vt non quaſi hæreticæ, ſed quaſi fidei peccatrici, veniam ex pœnitentia vindicet, ſane agat pœnitentiam, ſed in fidem mœchiæ, non tamen & reſtitutionem conſecutura. Hæc enim erit pœnitentia, quam & nos deberi quidem agnoſcimus multo magis, ſed de venia Deo reſeruamus. 164 Denique ea Apocalypſis in poſterioribus propudioſos & fornicatores, ſicut timidos & incredulos & homicidas & veneficos & idololatras, qui tale quid in fide fuerit, in ſtagnum ignis ſine vlla conditionali damnatione decreuit.

H

Non enim de ethnicis videbitur ſapere, cum de fidelibus pronuntiauit. *Qui vicerint, hæreditate habebunt iſta, & ero illis Deus, & illi mihi in filios:* Et ita ſubiunxerit: *Timidis autem & incredulis & propudioſis & fornicatoribus & homicidis & veneficis & idololatris particula in ſtagno ignis & ſulphuris, quod eſt mors ſecunda.* Sic & rurſus: *Beati qui ex præceptis agunt, vt in lignum vitæ habeant poteſtatem, & in portas ad introeundum in ſanctam ciui-*

*Apoc.* 21 *Apoc.* 22.

A tatem. *Canis veneficus, fornicator, homicida foras*, vtique qui
1.Cor.5. non ex præceptis agant. Illorum eſt enim foras dari qui
1.Ioan.1. intus fuerunt. Ceterum, *quid mihi eos qui foris ſunt iudicare?*
præceſſerat. 156 De Epiſtola quoque Ioannis carpunt
ſtatim. Dictum eſt: *Sanguis filii eius emendat nos ab omni delicto.* Semper ergo & omnifariam delinquemus, ſi ſemper
Ibidem. & ab omni delicto emundat nos ille: aut ſi non ſemper,
non etiam poſt fidem, & ſi non ab omni delicto, non etiam à fornicatione. 166 Vnde autem exorſus eſt? Lumen
prædixerat Deum, & tenebras non eſſe in illo, & mentiri nos ſi dicamus, nos communionem habere cum eo, &
in tenebris incedamus. *Si vero*, inquit, *in lumine incedamus, communionem cum eo habebimus, & ſanguis Ieſu Christi Domini noſtri emundat nos ab omni delicto.* Ergo in lumine incedentes delinquimus, & in lumine delinquentes emundabimur? Nullo pacto. Qui enim delinquit, non
in lumine eſt, ſed in tenebris. Vnde & oſtendit quomodo emundabimur à delicto, in lumine incedentes, in
B quo delictum agi non poteſt, adeo ſic emundari nos ait,
non qua delinquamus, ſed qua non delinquamus. Incedentes enim in lumine, tenebris vero non communicantes emundati agemus, non depoſito, ſed non admiſ-
Ibidem. ſo delicto. Hæc eſt enim vis Dominici ſanguinis, vt quos
iam delicto mundarit, & exinde in lumine conſtituerit,
167 mundos exinde præſtet, ſi in lumine incedere perſeuerauerint. Sed ſubiicit, inquis: *Si dicamus nos delictum non habere, ſeducimus noſmetipſos, & veritas non eſt in nobis. Si confitemur delicta noſtra, fidelis & iuſtus eſt vt dimittat ea nobis, & emundet nos ab omni iniuſtitia.* nunquid ab immunditia? Aut ſi ita eſt, ergo & ab idololatria. Sed a-
Ibidem. liud in ſenſu eſt. Ecce enim & rurſus: *Si dicamus*, ait,
1.Ioan. 2. *nos non deliquiſſe, mendacem facimus illum, & ſermo eius non eſt in nobis.* 168 Eo amplius *Filioli, hæc ſcripſi vobis ne delinquatis, & ſi deliqueritis, aduocatum habemus apud Deum patrem, Ieſum Christum iuſtum, & ipſe placatio eſt pro delictis noſtris.* Secundum hæc, inquis, & delinquere nos
& veniam habere conſtabit. Quid ergo fiet, quum procedens aliud inuenio? Negat enim nos omnino delinquere, & in hoc plurimum tractat, vt nihil tale concedat, proponens ſemel à Christo delicta deleta, non
C habitura poſtea veniam, in quæ nos ſenſus ad admo-
1.Ioan. 3. nitionem caſtimoniæ demandat. 169 *Omnis*, inquit, *qui habet ſpem iſtam, caſtificat ſemetipſum, quia & ille caſtus eſt. Omnis qui facit delictum, & iniquitatem facit: & delictum eſt iniquitas. Et ſcitis quod ille manifeſtatus ſit, vt auferat delicta*, vtique hactenus admittenda. Siquidem ſubiungit, *Omnis qui manet in illo, non delinquit. Omnis qui delinquit, neque vidit, neque cognouit eum. Filioli, nemo vos ſeducat. Omnis qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit delictum, ex diabolo eſt quoniam diabolus à primordio
Coloſſ. 2. delinquit. In hoc enim manifeſtatus eſt filius Dei, vt ſoluat
1.Ioan. 3. opera diaboli.* Nam & ſoluit liberans hominem per lauacrum, donato ei chirographo mortis. Et ideo *omnis qui ex Deo naſcitur, non facit delictum quia ſemen Dei manet in illo, & non poteſt delinquere, quia ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filii Dei & filii diaboli.* In quo? niſi illi non deliquendo, ex quo de Deo nati ſunt. iſti delinquendo, quia de diabolo ſunt, proinde atque ſi nunquam ſint
Ibidem. ex Deo nati. Quod ſi dicit: *Qui non eſt iuſtus, ex Deo non eſt*, qui non pudicus, quomodo rurſus ex Deo fiet, qui
1.Ioan.1. iam eſſe deſiit? Iuxta eſt igitur vt excidiſſe ſibi dicamus
1.Ioan. 3. Ioannem in primore quidem Epiſtola negantem nos ſi-
D ne delicto eſſe, nunc vero præſcribentem non delinquere omnino. Et illic quidem aliquid de venia blandientem, hic vero diſtricte negantem filios Dei quicunque deliquerint. Sed abſit. Nam nec ipſi excidimus à
a Pſal. 4. qua digreſſi ſumus diſtinctione delictorum. Et hic enim
b Epheſ.4. illam Ioannes comendauit, 170 quod ſint quædam de-
c Iſai.58. licta quotidianæ incurſionis, quibus omnes ſimus obie-
d Matth.5. cti. Cui enim non accedet, aut a iraſci inique, & vltra b
ſolis occaſum, aut & c manum immittere, aut facile d
maledicere aut temere iurare, aut fidem pacti deſtuere,
aut verecundia, aut neceſſitate mentiri. in negotiis, in officiis, in quæſtu, in victu, in viſu, in auditu quāta tentamur, vt ſi nulla ſit venia iſtorum, nemini ſalus competat.

Horum ergo erit venia per exoratorem patris Christum.
171 Sunt autem & contraria iſtis, vt grauiora & exitioſa, E
quæ veniam non capiāt, homicidium, idololatria, fraus,
negatio, blaſphemia, vtique & mœchia & fornicatio,
& ſi qua alia violatio templi Dei. Horum vltra exorator
non erit Christus, hæc non admittet omnino qui natus 1.Cor.5.
ex Deo fuerit, non futurus Dei filius, ſi admiſerit. Ita 1.Ioan.3.
Ioanni ratio conſtabit diuerſitatis, diſtinctionem delictorum diſponenti, cum delinquere filios Dei nunc adnuit, nunc abnuit. Proſpiciebat enim clauſulam littera- 1.Ioan.1. & 3.
rum ſuarum, & illi præſtruebat hos ſenſus, dicturus in fi- 1.Ioan.5.
ne manifeſtius: 172 *Si quis ſcit fratrem ſuum delinquere delictum non ad mortem, poſtulabit, & dabit ei vitam Dominus, qui non ad mortem delinquit. Eſt enim delictum ad mortem. Non de eo dico vt quis poſtulet.* 173 Miminerat & ipſe Hieremiam Hier.7. & 14.
prohibitum à Deo deprecari pro populo mortalia delinquente. *Omnis iniuſtitia delictum eſt, & eſt delictum ad* 1.Ioan.5.
*mortem. Scimus autem quod omnis qui ex Deo natus ſit, non delinquit*, ſcilicet delictum quod ad mortem eſt. Ita nihil iam ſupereſt, quam aut neges mœchiam & fornica-
tionem mortalia eſſe delicta, aut inremiſſibilia fatea- F
ris, pro quibus nec exorare permittitur. [ 174 Diſcipli-
na igitur Apoſtolorum proprie quidem inſtruit ac de- Cap. XX.
terminat principaliter ſanctitatis omnis erga templum
Dei antiſtitem, & vbique de Eccleſia eradicantem omne ſacrilegium pudicitiæ ſine vlla reſtitutionis mentione. Volo tamen ex redundantia alicuius etiam comitis Apoſtolorum teſtimonium ſuperducere, idoneum
confirmandi de proximo iure diſciplinam magiſtrorum. 175 Exſtat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos:
adeo ſatis auctoritati viri, vt quem Paulus iuxta ſe con-
ſtituerit in abſtinentiæ tenore: *Aut ego ſolus & Barnabas non* 1.Cor.9.
*habemus hoc operandi poteſtatem.* Et vtique receptior apud
Eccleſias Epiſtola Barnabæ 176 illo apocrypho paſtore
mœchorum. 177 Monens itaque diſcipulos, omiſſis o- Hier.6.
mnibus initiis ad perfectionem magis tendere, nec rurſus fundamenta pœnitentiæ iacere ab operibus mor-
tuorum: *Impoſſibile eſt enim*, inquit, *eos qui ſemel inluminati ſunt, & donum cœleſte guſtauerunt & participauerunt Spi-* Heb. 6.
*ritum ſanctum, & verbum Dei dulce guſtauerunt, occidente iam æuo cum exciderint, rurſus reuocari in pœnitentiam, refigentes cruci in ſemetipſos filium Dei, & dedecorantes. Terra
enim quæ bibit ſæpius deuenientem in ſe humorem, & peperit* G
*herbam aptam his propter quos & colitur, benedictionem Dei conſequitur. Proferens autem ſpinas reproba & maledictioni proxima, cuius finis in exuſtionem.* Hoc qui ab Apoſtolis didicit, & cum Apoſtolis docuit, 178 nunquam mœcho
& fornicatori ſecundam pœnitentiam promiſſam ab Apoſtolis norat. Optime enim legem interpretabatur, &
figuras eius iam in ipſa veritate ſeruabat. Ad hanc deni- Leuit.13.
que ſpeciem diſciplinæ de leproſo cautum fuit: 179 *Si autem varietas effloruerit in cutem, & totam cutem texerit à capite vſque ad pedes per omnem conſpectum, & ſacerdos cum viderit, emundabit eum, quoniam conuertit in album, mundus eſt. Qua vero die viſus fuerit in eiuſmodi color viuus inquinatus eſt.* Conuerſum enim hominem de priſtino carnis habitu in candorem fidei, quæ vitium & macula æſtimatur in ſeculo, & totum nouatum mundum voluit intelligi, qui iam non ſit varius, non ſit de priſtino & nouo aſperſus.
Si vero poſt abolitionem in vetuſtatem aliquid ex illa reuixerit, rurſum in carne eius quod emortuum delicto habebatur, immundum iudicari, nec expiari iam
à ſacerdote. Ita mœchia de priſtino recidiua, & vnita- H
tem noui coloris, à quo fuerat excluſa, commaculans, Leuit. 14.
immundabile eſt vitium. 180 Item de domo: Si quæ maculæ & cauoſitates adnuntiatæ in parietibus ſacerdoti fuiſſent, priuſquam introiret ad inſpiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura quę domus eſſent. Dehinc introgreſſus ſacerdos, ſi inueniſſet cauoſitates viridicantes vel rubeſcentes, & aſpectū earum humiliorem citra parietinam formam, exiret ad ianuam, & ſecerneret domum illam ſeptem diebus. Dehinc die ſeptima regreſſ⁹, ſi animaduertiſſet diffuſum in parietibus tactum illum, imperaret extrahi eos lapides, in quibus lepra fuiſſet, & abiici extra ciuitatem in locum

A immundum, & ſumi alios lapides politos & ſolidos, &
reponi loco priſtinorum, & puluere alio inliniri domũ.
Oportet enim cum peruenitur ad ſummum ſacerdotẽ
patris Chriſtum, de domo hominis noſtri in tempore
hebdomadis auferri omnia impedimenda prius, vt mũ-
da ſit quæ remanet domus, caro & anima, & vbi intro-
ierit eam ſermo Dei, & inuenerit maculas ruboris & vi-
roris, extrahi ſtatim & abiici foras ſenſus mortiferos &
cruentos: (181 nam & Apocalypſis viridi equo mortem,
*Apoc.6.* ruſſeo autem præliatorem impoſuit) proque illis poli-
tos & in compaginem aptos & firmos ſubſtrui lapides,
quales in Abrahæ fiunt, vt ita homo habilis Deo ſit.
*Matth.3.* Quod ſi poſt recuperationem & formationem rurſus ſa-
*Leuit.19.* cerdos animaduertit in eadem domo de priſtinis cauſis
aliquid & maculis, immundam eam pronuntiauit, &
iuſſit deponi materias & lapides & omnem ſtructurã e-
ius, & abiici in locum immundum: hic erit homo, caro
atq; anima, qui poſt baptiſma & introitum ſacerdotum
reformatus, denuo reſumit ſcabra & maculas carnis, &
*1.Cor.5.* abiicitur extra ciuitatem in locum immundum, dedi-
*Leuit.14.* tus ſcilicet ſatanæ in carnis interitum, nec amplius reæ-
B dificatur in Eccleſia poſt ruinam. Sic & de famulæ con-
cubitu, quæ homini eſſet reſeruata, necdum redempta,
necdum liberata. 182 *Proſpicietur,* inquit, *illi, & non morie-
tur, quia nondum eſt manumiſſa cui ſeruabatur.* Nondum e-
nim caro à Chriſto manumiſſa, cui ſeruabatur, impu-
ne contaminabatur, ita iam manumiſſa non habet veni-
Cap.XXI. am. [183 Hæc ſi Apoſtoli magis norant, magis vtique
curabant, ſed & in hunc iam gradum decurram, excer-
nens inter doctrinam Apoſtolorum & poteſtatem. Diſ-
ciplina hominem gubernat, poteſtas adſignat, ſeorſum
quod poteſtas, ſpiritus autem Deus. Quid autem doce-
bat non communicandum operibus tenebrarum? Ob-
*Epheſ.5.* ſerua quod iubet. Quis autem poterat donare delicta?
*Marc.2.* hoc ſolius ipſius eſt. 184 Quis enim *dimittit delicta, ni ſolus
*Matth.18.* Deus?* & vtique mortalia, quæ in ipſum fuerint admiſſa,
& in templum eius. Nam tibi quę in te reatum habeant,
etiã ſeptuagies ſepties iuberis indulgere in perſona Pe-
tri. Itaq; ſi & ipſos beatos Apoſtolos tale aliquid indul-
ſiſſe conſtaret, cuius venia à Deo non ab homine com-
peteret, non ex diſciplina, ſed ex poteſtate feciſſe. Nam
& mortuos ſuſcitauerunt, quod Deus ſolus: & debiles
*Act.5. & 13.* redintegrauerunt, quod nemo niſi Chriſtus: immo &
plagas inflixerunt, quod noluit Chriſtus. Non enim de-
C cebat eum ſæuire, qui pati venerat. Percuſſus eſt Anani-
as & Elimas, Ananias morte, Elimas cæcitate, vt hoc
ipſo probaretur Chriſtum & hæc facere potuiſſe. Sic &
Prophetæ cædem, & cum ea mœchiam pœnitentibus
ignouerant, quia & ſeueritatis documenta fecerunt. 185
Exhibe igitur & nunc mihi Apoſtolice prophetica ex-
empla, & agnoſcam diuinitatẽ, & vendica tibi delictorũ
eiuſmodi remittendorum poteſtatem. quod ſi diſciplinę
ſolius officia ſortitus es, nec imperio præſidere, ſed mi-
niſterio, quis aut quantus es indulgere? qui neque Pro-
phetam, nec Apoſtolum exhibens, cares ea virtute cu-
ius eſt indulgere. Sed habet inquis. poteſtatem Eccleſia
delicta donandi? hoc ego magis & agnoſco & diſpono,
qui ipſum Paracletum in Prophetis nouis habeo dicen-
tem: Poteſt Eccleſia donare delictum, ſed non faciam,
ne & alia delinquant. Quid ſi pſeudopropheticus ſpiri-
tus pronuntiauit? Atqui magis euerſoris fuiſſet, & ſe-
metipſum de clemẽtia cõmendare, & ceteros ad delin-
quentiã temperare. Aut ſi & hoc ſecundum ſpiritum ve-
D ritatis adfectare geſtiuit: ergo ſpiritus veritatis poteſt
*Matth.16.* quidẽ indulgere fornicatoribus veniã, ſed cum plurium
malo non vult. De tua nunc ſententia quæro, vnde hoc
ius Eccleſiæ vſurpes. Si quia dixerit Petro Dominus *Su-
per hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, tibi dedi claues regni
cæleſtis,* 186 vel: *Quæcunque alligaueris vel ſolueris in terra, e-
runt alligata vel ſoluta in cælis,* idcirco præſumis & ad te de-
riuaſſe ſoluendi & alligandi poteſtatem, id eſt, ad om-
nem Eccleſiam Petri propinquam: qualis es euertens
atque commutans manifeſtam Domini intentionem
perſonaliter hoc Petro conferentem ſuper te, inquit, æ-
dificabo Eccleſiam meam, 187 & *Dabo tibi claues,* non Ec-

cleſiæ: Et: *quæcunque ſolueris vel alligaueris,* non quæ ſolue- E
rint vel alligauerint. Sic enim & exitus docet. In ipſo Ec-
cleſia extructa eſt, id eſt, per ipſum, ipſe clauem imbuit: *Act.2.*
vides quam: *Viri Iſraelitæ, auribus mandate quæ dico: Ieſum
Nazarenum virum à Deo vobis deſtinatum.* & reliqua 188 Ipſe
denique primus in Chriſti baptiſmo reſerauit aditum
cœleſtis regni, quo ſoluuntur alligata retro delicta, &
alligantur, quæ non fuerint ſoluta, ſecundum veram ſa-
lutem, & Ananiam vinxit vinculo mortis, & debilem
pedibus abſoluit vitia valetudinis. 189 Sed & in illa diſ-
ceptatione cuſtodiendæ necne legis, primus omnium
Petrus ſpititu inſtinctus, & de nationum vocatione
præfatus, *Et nunc,* inquit, *cur tentaſtis Dominum de impo-
nendo iugo fratribus, quod neque nos, neque patres noſtri ſufferre* *Act.15.*
*valuerunt? Sed enim per gratiam Ieſu credimus nos ſalutem con-
ſecuturos ſicut & illi.* Hæc ſententia & ſoluit quæ omiſſa
ſunt legis, & alligauit quæ reſeruata ſunt. Adeo nihil
ad delicta fidelium capitalia poteſtas ſoluendi & alli- F
gandi Petro emancipata. 190 Cui ſi præceperat Do- *Matth.16.*
minus etiam ſeptuagies ſepties delinquenti in eum *Matth.18.*
fratri indulgere, vtique nihil poſtea alligare, id eſt, re-
tinere mandaſſet, niſi forte ea quæ in Dominum, non
in fratrem quis admiſerit. Præiudicatur enim non di-
mittenda in Deum delicta, quum in homine admiſſa
donantur, Quid nunc & ad Eccleſiam, & quidem tu-
am Pſychice? Secundum enim Petri perſonã ſpiritalibus
poteſtas iſta cõueniet aut Apoſtolo aut Prophetę. Nam
& ipſe Eccleſia proprie & principaliter ipſe eſt ſpiritus,
191 in quo eſt trinitas vnius diuinitatis, Pater & Filius
& Spiritus ſanctus. Illam Eccleſiã congregat. quã Do-
minus in tribus poſuit. Atque ita exinde etiam nume-
rus omnis qui in hanc fidẽ conſpirauerint, Eccleſiæ ab
auctore & conſecratore cenſetur, & ideo Eccleſia qui-
dẽ delicta donabit. Sed Eccleſia ſpiritus per ſpiritalẽ ho-
minẽ, non Eccleſia numerus Epiſcoporum Domini e-
nim non famuli eſt ius & arbitriũ, Dei ipſius, non ſacer-
dotis. [192 At tu iam & in martyras tuos effundis hanc Ca. XXII.
poteſtatem, vt quiſq; ex conſenſione vincula induit ad-
huc mollia in nouo cuſtodiæ nomine, ſtatim ambiunt
mœchi, ſtatim adeunt fornicatores, iam preces circũſo-
nant, iam lachrymæ circumſtagnant maculati cuiuſq; G
nec vlli magis aditũ carceris redimunt, quam qui Eccle-
ſiam perdiderunt. Violantur viri ac fœminæ in tenebris
plane ex vſu libidinum notis, & pacẽ ab his quærunt
qui de ſua periclitantur. Alii ad metalla confugiunt, &
inde communicatores reuertuntur, vbi iam aliud mar-
tyrium neceſſariũ eſt delictis poſt martyriũ nouis. Quis
enim in terris & in carne ſine culpa, quis martyr ſeculi
incola, denariis ſupplex, medico obnoxius & fœnera-
tori? Puta nunc ſub gladio iã capite librato, puta in pa-
tibulo iã corpore expanſo, puta in ſtipite iam leone con-
ceſſo, puta in axe iam incendio adſtricto, in ipſa dico ſe-
curitate & poſſeſſione martyrij, quis permittit homini
donare quæ Deo reſeruanda ſunt? à quo ea ſine excuſa-
tione damnata ſunt, quæ nec Apoſtoli, quod ſciam, *1.Cor.15.*
martyres & ipſi donabilia iudicauerunt. Denique iã ad *1.Cor.5.*
beſtias depugnauerat Paulus Epheſi, cum interitum de-
cernit inceſto. 193 Sufficiat martyri propria delicta pur- *Luc.23.*
gaſſe. Ingrati vel ſuperbi eſt in alios quoq; ſpargere, quod
pro magno fuerit conſecutus. Quis alienã mortem ſua
ſoluit niſi ſolus Dei filius? Nam & in ipſa paſſione libe-
rauit latronem. Ad hoc enim venerat, vt ipſe à delicto H
purus & omnia ſanctus pro peccatoribus obediret. Pro-
inde qui illum æmularis donãdo delicta, ſi nil ipſe deli-
quiſti, plane patere pro me. Si vero peccator es, quomo-
do oleum faculę tuę ſufficere & tibi & mihi poterit? Ha-
beo etiam nunc quo probem Chriſtum. Si propterea
Chriſtus in martyre eſt, vt mœchos & fornicatores *Pſal.104.*
martyr abſoluat, occulta cordis edicat, vt ita delicta cõ-
cedat, & Chriſtus eſt. Sic enim Dominus Ieſus Chri-
ſtus poteſtatem ſuam oſtendit: *Quid cogitatis nequam in
cordibus veſtris? Quid enim facilius eſt dicere paralytico Dimit-* *Matt.5.*
*tuntur tibi peccata, aut: Surge & ambula? Igitur vt ſciatis fili-
um hominis habere dimittendorum peccatorum in terris po-
teſtatem, tibi dico paralytice: Surge & ambula.* Si Dominus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A tantum de poteſtatis ſuæ probatione curauit, vti traduceret cogitatus, & ita imperaret ſanitatem, ne non crederetur poſſe delicta dimittere, non licet mihi eandem poteſtatem in aliquo ſine eiſdem probationibus credere. Quum tamen mœchis & fornicatoribus à martyre expoſtulas veniam, ipſe confiteris eiuſmodi crimina nõ niſi proprio martyrio dilueda, qui præſumis alieno. 194 Quod ſi eſt, iam & martyrium aliud erit baptiſma. *Habeo enim*, inquit, *& aliud baptiſma.* Vnde & ex vulnere lateris Dominici aqua & ſanguis, vtriuſq; lauacri paratura manauit. (Luc. 12. Ioan. 19.) Debeo ergo & primordio lauacro alium liberare, ſi poſſum ſecundo, ingeramuſque in ſinum neceſſe eſt. Quæcunq; auctoritas, quæcunq; ratio mœcho & fornicatori pacem Eccleſiaſticam reddit, eadem debebit & homicidæ & idololatræ pœnitentibus ſubuenire, (Ezech. 33.) 195 certe negatori, & vtiq; illi, quem in prælio confeſſionis tormentis colluctatum ſæuitia deiecit. Ceterũ indignum Deo, & illius miſericordia, qui pœnitentiam peccatoris morti præuertit, vt facilius in Eccleſiam redeant qui labando quam qui dimicando ceciderunt. Vrget nos dicere indignitas, contaminata potius corpora reuocabis, quam cruentata. Quæ pœnitentia miſerabilior, titillatam proſternens carnem, an vero
B laniatam? Quæ iuſtior venia in omnibus cauſſis, quã voluntarius, an quam inuitus peccator implorat? Nemo volens, negare compellitur, nemo nolens, fornicatur. Nulla ad libidinem vis eſt, niſi ipſa, neſcit, quod libet cogi. Negationem porro quanta compellunt ingenia carnificis & genera pœnatum? Quis magis negauit, qui Chiiſtum vexatus, an qui delectatus amiſit? qui quum auerteret doluit, an qui quum amitteret luſit? Et tamen illæ cicatrices Chriſtiano prælio inſculptæ, & vtique inuidioſæ apud Chriſtum, quia viciſſe cupierunt, & ſic quoque glorioſæ, quia non vincendo ceſſerunt. In quas adhuc & diabolus ipſe ſuſpirat, cum ſua infœlicitate, ſed caſta, cum pœnitentia mœrente, ſed non erubeſcente ad Dominum de venia. Denuo dimittitur eis qui piaculariter negauerunt, ſolis illis caro infirma eſt. Atqui nulla tam fortis caro, quam quæ ſpiritum elidit.

C

# ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE Pudicitia.

1. DE PVDICITIA.] *Verum hunc eſſe huius Libri titulum patet, tum ex ſupra ſcriptis locis B. Hieronymi & Nicephori, tum etiam ex B. Cypriani libro titulo, in quo Auctorem hic imitatur:* De bono Pudicitiæ. *Quem cur indiderit, quum proprie* DE PVDICITIA *non ſcribat, ſed potius:* Aduerſus Pœnitentiam, *non ſatis conſtat, fortaſſis eſſet plauſibilior, certe initium libri* Pudicitiam *ſonat, & quidquid ſcribit toto libro aduerſus mœchiam & fornicationem, pro Pudicitia facit.*

## CAP. I.

2. Pudicitia flos morum, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De libri huius argumento. *Imitatur autem hunc locum B. Cyprian. lib. de bono Pudicitiæ:* Pudicitia, *inquit,* honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, *vinculum pudoris, fons caſtitatis, pax domus, concordiæ caput. Atqui pro eo quod legitur paulopoſt:* iſque ſatis caſtus habeatur, qui non minus caſtus fuerit, *iuxta Dn. Harriſ. correximus:* qui non nimis caſtus fuerit.

3. Sed viderit ſeculi pudicitia, &c.] *De hac late habes tractatum Tom. 2. li. 1. ad Vxor. tum ſupra l. de Exhortat. caſtit. & lib. de Monogamiæ.*

D 4. Malo nullum bonum, quam vanum, &c.] Vanum *hic dicit, quod pauloante:* infructuoſum. *Facit vero hoc, quod* pudicitiam ſæculi, bonum *vocet, contra eos qui omnia opera infidelium, peccata faciunt. Legimus vero mox iterum:* nonne, *cum Gagnæo, pro:* nuncne, *quod illud Auctori magis ſit vſitatum.*

5. Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum, &c.] *Bene habet & adnotatu dignum, quod etiam iam in hæreſi conſtitutus & aduerſus Eccleſiam ſcribens,* Pontificem Romanum Epiſcopum Epiſcoporum *nuncupet, & infra cap.* 13. bonum paſtorem & benedictum Papam, *& cap.* 21. Apoſtolicum, *ſicuti etiam ſupra adnotauimus, de auctoritate agentes Summi Pontificis, Tom. 3. ad libr. de Præſcript aduerſ. hæreſ. cap. 36. numer. 213. de qua etiam ibidem numer. 207. 208. & 212. Item libr. 4. adu. Marc. cap. 5. numer. 38. libr. aduerſ. Praxean cap. 1. numer. 7. Denique Tom. 4. libr. 3 Carm. adu. Marc. capit. 9. numer. 26. 27. 29. Hic vero (quod alibi prætermiſſum miretur quis fortaſſis) vti nihil hac de re prætereatur, adiiciemus, non ſolum Priuilegiis ornatam fuiſſe Romanam ſedem à Fl. Conſtantino Imperatore, ſed etiam ſceptro & diademate Imperatorio, immo & Vrbe & ditionibus Italiæ ampliſſimis, vti ex Edicto Donationis Conſtantini à B. Iſidoro edito, conſtat, quod hodie exſtat in Tomis Conciliorum. Quod etiam authenticum eſſe (quamquam perperam multi in dubium vocent, etiam qui Catholici haberi volunt) patet tum ex Concilio Romano ſub Syluestro Papa, can. 1. ex Syn. 2. Nicena generali VII. vbi ad confirmationem Imaginum in Eccleſia primitiua vſitatarum, citantur ex Actis eiuſdem Donationis Imagines SS. Petri & Pauli Conſtantino à Syluestro oſtenſæ, ſicuti etiam ſupra adnotauimus Tom. 1. Apolog. capit. 12. numer. 184. Si enim pars Actorum citetur, etiam reliquorum iiſdem contentorum fides probatur. Eodem pertinent quæ (ex iiſdem Actis hauddubie deprompta) tradunt, B Gregor. Turon. hiſt. libr. 2. Beda in Chronicis ad annum mundi 4288. Adria. Papa Epiſt. ad Conſtantinum & Irenem, Nicephor. libr. 7. capit. 33. & B. Thomas Summa ſuæ part. 3. quæſt. 67. arg. 4. de curata Lepra Conſtantini. Quæque de Baptiſmo eiuſdem per B. Syluestrum Papam, ſcribunt præter prædictos, dictæ duæ Synodi, Damaſus in Pontificali Liberii acta, capit. 6. Nicephor. libr. 7. capit. 35. & libr. 8. capit. 3. & 54. Marianus Scotus in Chronico, & B. Thomas loco iam citato, vtpote quæ iiſdem Actis continentur. De quo præterea citantur in libro eius argumenti ab illuſtriſſimo Cardinali, Polo, Theophan. Niceæ Epiſcopus, Georgius Cedrenus, Io. Zonaras Tom. 3. & Theodorus Balſamon. Quid? quod Ammianus Marcel. libr. 27. iam temporibus Damaſi, ſplendorem Romanorum Pontificum, eundem, quem illa Acta, deſcribat, & Laonicus Chalcondylas (liceat & ſchiſmaticum pro nobis producere) libr. 1. de Geſt.*

F *Turc. diſertis verbis Donationem iam dictam agnoſcens:* Romani, *inquit, quum nacti eſſent Imperium in orbe longe latiſſimum, commiſerunt Romano Pontifici Maximo, ipſi vero tranſierunt in Thraciam, Byzantium, quæ nunc Conſtantinopolis eſt, Thraciæ Metropolim conſtituentes. Inſuper Iuo lib. 4. de Dign. & priuil. Roman. Eccleſ. & part. 5. maioris operis de Primatu Eccleſiæ Romanæ capit. 49. Gratianus Diſt. 46. ca. Conſtantinus, & 12. qu. 1. ca. Futuram, in Decreta ſua dictum Edictum retulerunt, & dictus Balſamon in Photii Nomocanonem Tit. 8. de Parochiis, idipſum, Scholiis ſuis inſeruit: ſicut etiam Vincentius Bellouacenſis hiſt. ſuæ, vocans Epiſtolam Conſtantini ad omnes Epiſcopos, lib. 13. cap. 54. 55. & 56 Citatur ab eodem Hugo Floriacenſis in hæc verba:* Vrbem Romam, *inquit,* cum palatio omni, quod Lateranenſe dicitur, conceſſit Apoſtolis Christi, Petro & Paulo, & S. Papæ Syluestro, *quod ipſum inuenitur Antiquit. eiuſdem libr. 5. capit. 4. iuxta quod apud me ms. exſtat. Et vero prorſus confirmatur dicta Donatio verbis Ludouici Pii, cap. Ego Ludouicus. Diſt. 63. in Decretis Gratiani, vbi non ipſe primus Pontifici Romano donat ciuitatem Romanam cum adpenditiis, ſed: ſiue, inquit, à Prædeceſſoribus veſtris vſque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis. Quidquid itaque alii tradunt hiſtorici, de munificentia erga Romanam ſedem Iuſtiniani, Theodorici Regis Longobardorum, Pipini, Caroli Magni, Othonis, Radulphi Habſpurgii, aliorumque Imperatorum, debet ſimiliter intelligi, de reſtitutione Vrbis Romæ, Rauennæ, aliarumque Italiæ ciuitatum, per Apoſtatam*

G *Iulianum, Arrianos & exarchos Rauennates, quantum apparet, occupatarum & ereptarum. Quare calumniantur, qui iſtud iactitant commentum eſſe Nicolai & Clementis Pontificum. Hæc eo prolixius, vt ſint pro antidoto aduerſus B. Rhenan. in Argumento lib. de Pallio, & partim in cap. 1. li. aduerſ. Praxean, vbi dumtaxat Priuilegiorum à Conſtantino conceſſorum fit mentio. Ceterum de quo Pontifice hic loquatur, latius in Vita Auctoris.*

6. Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto, &c.] *Recte ſic reſtituit hunc locum Gelenius, pro eo quod erat dumtaxat:* Ego mœchiæ & fornicationis funes dimitto, *nam correſpondet Angl. cod. ms. Et vero, quum tantopere hoc edictum eleuet Auctor, mirum in modum hallucinari patet, vel ex Apoſtolo Ioanne Apocal. 2. Vbi de Ieſabel, quæ docebat fornicari ad Angelum Thyatiræ dicitur:* Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua. Ecce ego mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint. *Quod ipſe Auctor adhuc Catholicus expreſſit ſupra Tom. 2. lib. de Pœnitent. cap. 8. & poſt eum B. Pacianus Epiſt. 1. ad Sympron. Nouat.* Stuprum Thyatirenis imputat, *&c.* & tamen omnes ad pœnitentiam commonet ſub comminationibus quidem, non comminaretur autem non pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti. *Eodem pertinet quod B. Cy-*

H *prian. Epiſt. iam dicta Antonian. poſtquam faſſus eſt quoſdam Epiſcopos (hauddubie ætate Tertulliani) anteceſſores ſuos in Prouincia Carthaginienſi dandam pacem mœchis, non putaſſe, ſtatim addit:* Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe, vt dandam non putent Lapſis pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam, *& deinceps ſcripturis contrarium probat, ac nominatim ſcriptura Apocal. 2. iam citata. De qua interim latius infra cap. 19.*

7. cui adſcribi non poterit bonum factum, &c.] *Hanc phraſin ſic explicat Turnebus Aduerſar. li. 3. cap. 12. quod Veteres boni ominis cauſſa* bonum factum *præfari ſolebant in Edictis, ex illo Plauti in Pœnulo.*

Bonum factum eſt, *edicta vt ſeruetis mea.*

8. Erit igitur & hic ADVERSVS PSYCHICOS titulus, &c.] *Quum hic indicet adhuc alterius Tituli Librum* ADVERSVS PSYCHICOS *à ſe editum, patet poſterius ſcriptum hunc præcedenti libro, ad quem hic hauddubie adludit.*

9. ad-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A

9. aduerſus meæ quoque ſententiæ retro penes illos ſocietatem, &c.] *Adludit ſimiliter hîc ad librum ſupra Tom.* 2. DE POENITENTIA, *vtpote qui illic cum orthodoxis illam defenderit. Et vero recte ſentiret in eo quod proſequitur, non eſſe leuitatis, errorem retractare, ſi modo prius erraſſet, (quales exſtant li.* 2. *Retract. B. Auguſt. & liber Retract. Ven. Bedæ Presbyteri in Acta Apoſtolorum) ſed hoc notam leuitatis incurrit, quod veritatem errore mutauerit.*

10. Quum paruulus, inquit, eſſem; tamquam paruulus, loquebar; tamquam paruulus, ſapiebam, &c.] *Sic ſuppleuimus locum hunc ex ms. Angl. cod. quia ſic legitur* 1. *Cor.* 13. *Ex iiſdem etiam legimus:* Adeo diuertit, *voce Tertullianica, pro:* diuertit, *&:* non paternarum traditionum, ſed Chriſtianarum, *pro:* Chriſtianorum.

11. & quidem per eos, &c.] *Hinc apparet tractare Auctorem hoc libro ex inſtituto de delictis mœchiæ & fornicationis proprie dictis, ſicuti etiam infra cap.* 4. *non vero de ſecundis nuptiis, quaſi illas à pœnitentia excludi voluerit (vti quidam Auctori impingunt) vtpote quum hic agat de Orthodoxis, quos vult propterea* oportere mœchis nullam ſubſcribere veniam, quando propterea, quoties volunt, nubant, ne mœchiæ & fornicationi ſuccidere (*vox Tertullianica*) cogantur, *niſi forte ex conſequenti, quod lib. de Exhort. caſt. & de Monogamia, ſecundas nuptias, adulteria, & ſtupra perperam nuncupet, ſicuti etiam in fine huius capitis. Supplemus vero ex Angl. ms. cod.* Cur ergo & crimina.

B

12. indulgent autem, quaſi velint admitti, &c.] *Et iſtud vnum ex illis quæ ex Tertull. ſumpſerunt Nouatiani, ſicuti patet ex B. Paciano Epiſt.* 2. *ad Sympron. Nouatian. ſed pulcre idem reſpondet: Deus nec peccare vult hominem ſemel, & tamen liberat à peccato, nec vtique quum liberat, peccatum docet, &c. Aliud eſt de periculo liberari, aliud ad periculum cogi, &c. ne prolixiores ſimus. Caſtigamus vero ex Angl. ms. cod.* Præcauent enim, quaſi nolint admitti tale quid, *pro:* admitti aliquid.

13. Nec enim mœchia & fornicatio de modicis & de mediis delictis, &c.] Modica & media delicta *videtur intelligere, quæ cap. ſequ. vocat,* remiſſibilia, maxima, *quæ hic etiam* crimina, *ibi:* irremiſſibilia, *quorum de numero eſſe* mœchiam & fornicationem *latius deducit infra cap.* 5. *Eſt autem iterum Tertullianicum:* non capiunt & indulgeri.

14. nuptialibus & dotalibus ſi forte tabulis, &c.] De nuptialibus tabellis *loquitur ſupra Tom.* 2. *lib. de Veland. virgin. cap.* 12. *num* 102. *de* dotalibus *alibi, eſt vtraque phraſis Iureconſultorum: Tertulliani vero* ſi forte. *Eſt autem, quantum apparet, periodus quæ ſequitur, mutila, quæ ſic ſuppleri poſſet:* Sed ideo duriſſime tractant, infamantes paracletum (*Montanum nempe*) diſciplinæ enormitate, dum digamos foris ſiſtimus, *&c. ſed nolui quid immutare citra ſubſidium ms. cod.*

C

## CAP. II.

15. Ceterum Deus, inquiunt, bonus, &c.] *Titulum huic capiti impoſuimus:* De ſcripturarum hinc inde teſtimoniis, quas conciliare nititur diſtinctione remiſſibilium & irremiſſibilium delictorum. *Sed aberrat in illo, quod quædam delicta faciat irremiſſibilia, quum Catholici Patres ſentiant, nullum irremiſſibile, niſi in quo quis ad finem vſque perſeuerauerit, ſicuti infra patet num.* 23.

16. donantes inuicem, ſicut & Chriſtus donauit nobis, &c.] *Legit* nobis, *ſicuti hodie Græci codices* ἡμῖν, *Vulgatus Latinus Interpres videtur legiſſe* ὑμῖν *Et vero:* donantes, *Græce* χαριζόμενοι, *pro,* remittentes peccata, *interpretantur etiam B. Ambroſ. & Theophil. ſicut etiam ipſe Apoſtolus* 2. *Cor.* 2. *eadem voce in dicto ſignificatu vtitur, vbi vertit:* Siquid donaui, *ſicuti infra cap.* 13. *Caſtigauimus autem ex Angel. Manuſcript. cod.* Talia & tanta ſparſilia eorum, *pro:* futilia. *Eſt vero Tertullianicum:* vigorantia diſciplinam, *&:* repercutere.

17. Sed & Hiremiæ mandans, &c.] *Primum quod citat teſtimonium, inuenitur Hier.* 14. *in quo caſtigamus ex Angl. ms. cod.* Quoniam ſi ieiunauerint, *pro:* Quod, *Græce enim eſt:* ὅτι. *Alterum Hier.* 11. *citatur etiam à B. Cypriano, l. de Lapſis & l. de Exhort mart. c.* 4 *vbi adeo adnotandum ad marg. Hier.* 11. *pro eo quod eſt* 7. *ex quo ac editionibus omnibus Bibliorum, item & Angl. cod ms. caſtigamus:* inuocauerint, *pro* inuocauerit, *omiſſa quæ ſequebatur particula: & quam nemo eodem loco legit hactenus.*

D

18. & qui naſo non deridetur, &c.] *Quod ſupra T.* 3. *l.* 5. *adu. Marc. cap.* 4. *vertit Auctor Gal.* 6. Deus non irridetur, *hic magis proprie vocem Græcam* μυκτηρίζεται: naſo deridetur. *Emendamus autem ex Angl ms. cod.* adulantium ſcilicet bonitati eius, *pro* bonitatem, *quia præcedit paulo prius:* Deo adulantur.

19. Tacui, numquid & ſemper tacebo, &c.] *Eodem modo initium huius ſcripturæ Iſai.* 42. *vtpote de Iudicio Domini interpretantur B. Cyprian. in fine lib. de Patientia, B. Auguſt. tract.* 33. *in Ioan. cap.* 8. *& in Pſal.* 82. *Quorum nemo legit, neque etiam B. Cyril. in Comment. quod hodie habent* LXX. à ſæculo, *qui quum legant:* ἐκστήσω *id eſt, interprete Cyrillo:* expellam, admirari faciam, vel transferam, *auctor vertens:* exſurgã, *videtur legiſſe* ἀναστήσω. *Atqui prorſus cum illis ſic diſtinguimus:* Qui eui velut parturiens, exſurgam.

20. Ignis enim procedet, &c.] *Etiam hoc peculiare auctori, pro eo quod alij:* præcedet, *ſed vicina ſunt* προπορεύομαι, *quod* præcedere, *&* προποδῶν, *quod* procedere *ſignificat.*

21. Iudicabitur de vobis, &c.] *Sic etiam vertit Matth.* 7. *alicubi. B. Auguſt. elegantius quã alii ad verbum:* iudicabimini. *Et vero facit contra Anabaptiſtas & alios quoſdam, qui* iudicium *non admittunt, quod addit:* Ita non prohibuit iudicare, ſed docuit.

E

22. delicta mundantur, quæ quis in fratrem non Deum admiſerit, &c.] *Videtur adludere ad illud* 1. *Reg.* 2. Si delinquendo peccet vir in virum, orabunt pro eo Dominum. Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? *Verum B. Cypr. hinc colligit libr. de Exhort. Marc. c.* 4. *non quidem non mundari delicta in Deum, ſed non facile talibus ignoſci. B. Pacianus vero Epiſt. ad Sympron. Nouatian. interpretatur* peccare in Deum, *de peccatis iis in quibus perſeueratur vſque in finem. Caſtigamus autem ex Ang. ms. cod.* profitemur, *vbi erat:* profitetur. *Atqui de prouerbio:* Funem contentioſum alterno ductu in diuerſa diſtendere, *vide noſtra Prolegomena, item de illis:* reſtringere frenos, & relaxare, *ſicuti etiam de illo quod mox ſequitur:* in ſuis terminis ſtabit. *Hic reſtituimus:* videantur, *quod habebat Gagnæus, pro* videantur, *quia* hæc & illa *referuntur ad* auctoritatem ſcripturarum variarum; *alioqui legi deberet* hæ, *&:* illæ. *Porro* paſſiua conceſſio *accipitur pro ea, quæ omnibus conceditur, phraſi Tertullianica, ad quam etiam pertinet:* venia *expungit, vel ſicuti ms. Angl. cod. legit:* diſpungit, *eodem enim pene ſignificatu Auctor his vocibus vtitur.*

23. Si quis ſcit fratrem ſuum delinquere delictum non ad mortem, &c.] *Clarior eſt translatio illius:* & dabitur vita ei, quia non ad mortem delinquit. *B. Pacianus vero magis iuxta Græcum hodie exemplar, Exhort. ad Pœnit. (qui potius eſt Tract.* 3. *aduerſus Nouatianos)* & dedit illi vitam Dominus, ſiquis deliquit peccatum non ad mortem. *Atqui ſimiliter B. Pacianus tum ibi, tum loco iam citato, iſtum locum dicit ad manentia peccata capitalia pertinere, non ad eos, qui aliquando peccauerint, & cœperint pœnitere, antequam quiſquam pro illis roget. Hinc B. Auguſt. quod libro de ſermone Domini in monte, interpretatus erat de certis quibuſdam (ſicuti hic Auctor) peccatis irremiſſibilibus, retractat libr.* 2. *Retractat. limitando, ſi ad mortem vſque quis in peccato perſeuerauerit, quomodo etiam interpretatur libr. de Corrept. & grat. cap.* 12. *Atqui ibi:* Ita vbi & poſtulationis, *ſubintelligitur: locus.*

F

## CAP. III.

24. Sed prius decidam, &c.] *Inſcriptionem huic capiti fecimus:* Quod proinde non ſit negligenda quorumdam peccatorum pœnitentia. *Hinc autem manifeſtum fit, quamquam Montanus omnino veniæ ſpem excluſerit, ſicuti patet ex B. Paciano Epiſt. ad Sympron. Nouatian. & B. Hieron. in Epitaph. Fabiolæ, & Epiſt.* 16. *ad Pammach. aduerſ. error. Ioan. Hieroſol. ad Marcel. de Montano, non illi per omnia conſenſiſſe Auctorem, ſed ſolum illos Epiſcopos (de quibus ſupra num.* 6.) *qui putabant* pacem mœchis non dandam. *Verum rectius, adhuc Catholicus, ſupra Tom.* 2. *libr. de Pœnit. cap.* 3. *&* 4. Omnibus delictis veniam Deum *ſcribit* per pœnitentiam ſpopondiſſe. *Atqui paulopoſt:* Quantum autem ad illos, *&c. ſubintelligitur:* fruſtra agetur.

G

25. qui ſolum Dominum meminimus delicta concedere, &c.] *Adludit ad illud Marc.* 7. Quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus? *& quod additur:* vt ſciatis quia etiam filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, *verum latius infra vbi ex propoſito iſtud Auctor tractat cap.* 11. *de eius loci vero intellectu.*

26. quod eam à ſolo Deo exorat, &c.] *Contra hoc, quod ſoli Deo, non Eccleſiæ, veniam peccatorum concedat, latius etiam infra c.* 21. *Hic ſolum dicemus, quod videatur idem ſenſiſſe Auctor, quod de Nouatiano ſcribit B. Cypr. Epiſt.* 52. *ad Antonian. atque adeo poſſet ipſi reſponderi verbis eiuſdem: O fruſtrandæ fraternitatis irriſio! ô miſerorum lamentantium caduca deceptio! ô hæreticæ inſtitutionis inefficax & vana traditio! hortari ad ſatisfactionis pœnitentiam, & ſubtrahere de ſatisfactione medicinam, dicere fratri: plange & lacrymas funde, & diebus ac noctibus ingemiſce, pro abluendo & purgando delicto frequenter & largiter operare, ſed extra Eccleſiam poſt omnia iſta morieris, quæcumque ad pacem pertinent, facies, ſed nullam pacem, quam quæris, accipiet. Etenim præmittit hic* actus publicos pœnitentiæ *eoſdem quos ſupra lib. de Pœnit. c.* 9. *& tamen vult* à ſolo Dei exorari veniam, *non vero Eccleſiæ communicare. Et vero valde incerta eſt venia, & proinde (quantumuis id neget)* pœnitentia vana, *ſi quis à ſolo Deo veniam exſpectare debeat. Atqui confirmatur hinc noſtra caſtigatio ſupra T.* 2. *l. de Patient. c.* 12. hæc exorat pœnitentiam. *Verum de* Actibus pœnitentiæ publicæ, *quos hic habet, & rurſum c.* 5. *ſub. finem, & c.* 13. *&* 21. *vide dict. lib. de pœnit. c.* 9.

H

## CAP. IV.

27. Poſſumus igitur, demandata pœnitentiæ diſtinctione, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Quod mœchiæ nomine & fornicationis intelligantur omnia libidinum genera. *Eodem autem modo B. Pacianus Exhort. ad pœnit. citata n.* 23. *fornicationis nomine comprehendit omnem prorſus libidinem, extra vxorium thorum & complexus licitos euagantem. Nec aliter accipitur à B. Cypriano Teſtim. lib.* 3. *ca.* 63. *hoc titulo:* Graue delictum eſſe fornicationis. *Prorſus autem legimus ex Angl. ms. cod.* an ea ſint, *pro:* hæ, *quia præcedit:* delictorum.

28. Ceterum etſi adulterium & ſi ſtuprum dixero, &c.] *De* adulterio *idipſum docuit ſupra lib. de Monogam cap.* 9. *De* ſtupro, *libro de Exhort. caſt. cap.* 9. *Quod ipſum frequenter vſurpat, non modo pro* mœchia, *ſed & pro* fornicatione, *ſicuti alibi ſupra adnotauimus. Malim autem legere:* Omne homicidium intra ſyluam, *pro:* extra *ſed nolui in cõtextu quid immutare. Siue autem legas:* vel in quacũ-

A que,*cum Gagn.& Angl.ms.codic.ſiue cum exc.& Gelenio*, quamcumque, *perinde eſt.*

29. Ideo penes nos occultæ quoque coniunctiones, &c.] *Dum* occultas coniunctiones *interpretatur* : non prius apud Eccleſiam profeſſas,*mirum in modum confirmat Decretum Concilij Tridentini de irritis talibus coniunctionib.eo quod de illis ſubiicit* : iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur. Nec inde conſertæ,obtentu matrimonii crimen eludant. *Verum de eo plura To. 2. li. 2. ad Vxor. c. vlt.n.*60.*&* 61.

30. Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora, &c.] *Sic ſuppleuimus ex Angl. ms. codic. Eleganter autem diſtinguit inter:*limine Eccleſiæ ſubmouere, *&:*toto tecto Eccleſiæ ſubmouere,*ac ſi velit:fornicatores & adulteros admiſſos ad limen Eccleſiæ, vti c.præc.inter pœnitentes* (*quamquam fruſtra, ſi veniam Eccleſia dare non poſſit, vt perperam adſeruit*) *at monſtrorum illorum reos neque ibi admiſſos,ſed prorſus excluſos fuiſſe. Et vero etiam hinc confirmatur vetuſtas* Excommunicationis Eccleſiaſticæ, *de qua ſupra Tom.*1. *Apolog.cap.*39.*numer.*502. *& alibi non ſemel, ad quam iterum adluditur infra cap.* 7. *illis verbis:* ob tale quid extra gregem datus eſt , *ac* de Eccleſia expellitur. *Plura vide capite* 14. *numer.* 119.

## CAP. V.

31. Ergo mœchia, quod etiam fornicationis eſt res, &c.] *Titu-* B *lum huic capiti impoſuimus* : Quod mœchia comparetur idololatriæ & homicidio.*Idipſum autem etiam probat Exhor. ad Pœnit.B. Pacian. ex Decreto Apoſtolorum Act.*15. Abſtinete ab idolothytis, ſanguine & fornicatione.*imitatus in hoc Auctorem infra c.*12. *vbi de eo loco latius.Non abſimile eſt,quod B.Cypr.crimina, id eſt,grauiora peccata enumerat l.de bono Patient.* Adulterium, fraudem, & homicidium,*quod illum ex Tertulliano ſumpſiſſe ſupra adnotauimus To.*2.*li.de Idol.c.*1.*n.*3.*quomodo etiam B.Hier.Epiſt.*146.*ad Damaſum. de duobus filiis.*

32. poſt interdictam alienorum Deorum ſuperſtitionem,ipſorumque idolorum fabricationem, &c.] *Annotatu dignum, quod iſta duo coniungat, contra eos qui inde duo faciunt præcepta Decalogi.maxime hodiernos hæreticos,qui id faciunt, vt tanto magis odioſum faciant Imaginum vſum in Eccleſia, eas perperam idolis comparantes,ſed de hoc fortaſſis ſe alias offeret ſcribendi occaſio. Mirum interim quod omittat ſecundum præceptum* : Non adſumes nomen Domini Dei tui in vanum,*ſed de illo late tractauit dicto lib. de Idololatria,ca.*10.*n.*71.*Legimus autem ex ms. Ang. ſicuti alibi ſemper:*intellege,*more antiquorum,nam & B.Paciani ms.codex vbique ſic legit.*

33. Nam & idololatria mœchiæ nomine & fornicationis ſæpe populo exprobrata,&c.] *Locos eiuſmodi plurimos reperire eſt in Concordantiis Bibliorum Georgij Bulloci Angli, in dictionibus Fornicator,Idololatria,Fornicari, idololatrari,Mœchari, idololatrari, &: Mœchatus, idololatra. Quorum primum omnium ad marginem* C *adnotauimus* Exod. 34. *vbi dicitur* : Fornicari faciunt in Deos ſuos.

34. Eo amplius,præmittens:Non mœchaberis,adiungit:Non occides,&c.]*Mirum eſt & iſtud,niſi dicamus Auctori fuiſſe diuerſa exemplaria,eo quod non modo editiones Bibliorum & Patres omnes præmittunt:*Non occides,*ſed & ipſe Auctor T.*1.*lib adu.Iud.c.*2.*T.*2.*li de Spectac.c.*3.*& T.*3.*li.*2.*adu. Marc.c* 17. *Legimus vero ex dicto Angl ms.cod.*in prima vbique,*pro:*itaque, *incipientes nouam periodum ibi:*De loco,*&c.Sunt autem Tertullianica:*ſuggeſtum,*ac:*Ab idololatria metamur, *quod recte Gelenius reſtituit, pro* : inuitamur.

35. Sciunt luci mei,&c.] *De libidinum variis generibus in Idololatriæ ſacris,ſupra alicubi latius To.* 1.*ad li. Apolog. Hic ſufficiat illud c.*15. in templis adulteria componi,inter aras lenocinia tractari,in ipſis plerumque æditµorum & ſacerdotum tabernaculis,ſub iiſdem vittis & apicibus & purpuris, thure flagrante, libidinem expungi.

36. vt tragœdias omittam,&c.]*De his ſic ibidem:*Diſpicite Lentulorum & Hoſtiliorum venuſtates, vtrum Mimos an Deos veſtros in iocis & ſtrophis rideatis, Mœchum Anubin, & Maſculum Lunam , *&c.* Sed & hiſtrionum litteræ omnem fœditatem eorum deſignant , *&c.* Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum, *&c.*

D 37. Sciunt hodie venenarii,&c.]*Prorſus ſic legendum,pro:*venerarii,*tum quod etiam dicti Apol.c.*43.*coniungantur:*venenarii, magi,*tum quod ſequatur*: quod pellicatus vlciſcar, *&c. Siue autem paulopoſt legas:*ingemiſcunt *cum ms. Angl.cod ſiue:*gemiſcunt *cum excuſis.perinde eſt.*

38. Idololatrem quidem & homicidam ſemel damnas, &c.] *Hic calumniatur Auctor in Orthodoxos, tamquam ſi* idololatram & homicidam, *ad pœnitentiam non admitterent, quum ſupra numer.* 31. *adduxerim, ipſius Auctoris teſtimonium contrarium.*

## CAP. VI.

39. Plane ſi oſtendas, &c.] *Inſcriptionem huic capiti facimus:* Quod ſi in veteri Teſtamento inueniatur venia mœchiæ conceſſa, etiam ſint ibi exempla iudicii, in nouo vero magis vitandam. *Supplemus vero ex Manuſcript. Angl. codic.* præceptorumque cœleſtium. *De Prouerbio autem* : ad hanc iam lineam dimicabit congreſſio noſtra, *vide noſtra Prolegomena.*

40. Lex Domini inuituperabilis, &c.] *De hac verſione Pſalmi* E 18.*Auctoris,alicubi ſupra diximus,vbi ex ms.cod.caſtigauimus:*conuertens animas,*quod proinde etiam hic ſcribitur, peculiare vero hic eſt (ni fallor) illud:*longe lucens.

41. Sic & Apoſtolus, &c.] *Hic etiam differt in eo, quod vertat:* præceptum ſanctum & optimum,*pro eo quod li.*5.*aduerſ. Marc.ca.* 13.iuſtum & bonum.

42. Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit gehennnæ, &c.] *Neque hic ordinem Euangeliſtæ obſeruat Auctor,neque etiam alicubi ſupra quum dixit:*nec Fatue quidem dicere ſine iudicii periculo licet,*nam apud illum,iudicium dumtaxat comminatur Chriſtus illi,qui* Racha *dixerit,at* gehennam,*qui* Fatue.*De prouerbio vero :* in ſinum plaudent, *vide noſtra Prolegomena. Atqui prorſus ſupplemus:* ſi ideo hodie concedetur mœchiæ venia, *quia numquam legitur conceſſa aliqua* mœchia,*ſed mœchiæ venia,ſicut ſequitur & de* idololatra *&* homicida. *Eſt autem omnino & illud mendoſum, alioqui falſum :* niſi vt maiore forſitan lenocinio tuo indulgea- F tur.

43. quia & populum ipſum toties reum, &c.] *Patet iſtud maxime libro Iudicum cap.*3.*& deinceps. Vtut autem eludere nitatur Auctor,certe his ipſis vtuntur B. Cypr. B. Pacianus, & B. Hier.locis ſupra citatis, vti Pœnitentiam omnium peccatorum,quantumuis grauium,confirment aduerſum Nouatianos, & ipſe Auctor quoque exemplis* Achab,3.*Reg.*21.*&* Dauid,2.*Reg.*2. *Tom.*3.*libr.*5.*adu.Marc. cap.*11.

44. Iam & inceſta donabis propter Loth, &c.] *Hic rurſum calumniatur Auctor,tamquam Orthodoxi velint* inceſta *excuſare exemplo Loth,quum contra allegorice exponere ſint ſoliti, ſi quæ peccata ſanctis imputantur, vti* inceſta Loth *Beatus Auguſt. libro* 22. *contra Fauſtum capite* 41. *& ibidem capite* 83. fornicationes cum inceſto Iudæ *&c.*80. turpes Oſee de proſtitutione nuptias, *denique capite* 30. ſemel plures Abrahæ & Patrum noſtrorum nuptias.

45. exempla, *&c.* repræſentati iudicii fornicationis, &c.] *Adludit hauddubie ad diluuium,Gen.* 9. *& Sodomæ & Gomorrhæ conflagrationem, Gen.* 19. *Accipitur autem etiam hic* repræſentati, *pro: ad præſentiam adducti.*

46. Et vtique ſufficit tantum numerum XXIV.milium,&c.] *De hoc vide ſupra T.*3.*li.adu.Gnoſticos c.* 3.*nu.*27.*ex quo loco prorſus hic* G *caſtigamus*: filias Moab,*pro:* Madian.

47. Habuerint priſtina tempora, &c ] *Etiam hic Orthodoxos calumniatur, tamquam* omnis impudicitiæ velint facere poteſtatem. *Prorſus vero obſcurum, immo mendoſum eſt illud:* & lactæ ſortes non habentes idoneæ, *cui tamen mederi non licuit.*

48. Vbi ſermo Dei, &c.] *Elegans eſt Tertullianicum illud:* carnem ne nuptiis quidem reſignatam, *de B. Maria carne virgine, quanquam nupta, &:* ne nuptiis quidem reſignanda, *de carne Chriſti virgine. Opponit autem Chriſti facta, factis Euæ.*

49. quæ munditias ſuas aquis traderet, &c. ] *Hoc idem eſt, quod dixit ſupra alicubi li.de Bapt.* Chriſtum baptiſmo ſuo aquas ſanctificaſſe, *vbi etiam late de materia baptiſmi*, aqua pura. *Atqui etiam hoc ad calumniam pertinet, quod ſequitur:* Non corpus Chriſti, *&c. Diſtinguimus vero cum Harriſio* : & magno redempta eſt , ſanguine ſcilicet Domini & agni , *de quo loco* 1. *Cor.* 6. *ſupra non ſemel.*

## CAP. VII.

50. A parabolis licebit incipias, &c.] *Caput hoc inſcripſimus* : De ouis & dragmæ perditæ reſtitutione. *Quam hiſtoriam Luc.* 15. *quum ſupra li.de Pœnitent. ca.*8.*nu.*50.*& de Patientia cap.* 12.*adduxiſſet ad Pœnitentiæ confirmationem, & ſimiliter interpretatus eſſet lib.*4.*aduerſ. Marc.ca.* 32.*tum adhuc Catholicus, hic nititur detorquere à Chriſtianis peccatoribus pœnitentibus ad ethnicos. Quod in-* H *ter cetera deſumpſiſſe hinc Nouatianos, patet ex B. Paciani Epiſt.*2. *vbi quod Epiſt.*1.*citauerat pro Pœnitentia teſtimonium, plenius repetens, dicit eos docuiſſe, ad humilem, id eſt, ethnicum populum pertinere. Verum poſt multam diſputationem recte reſpondet, contrarium conuinci eo quod ſequitur* : Sic erit gaudium in cœlo ſuper vnum peccatorem pœnitentiam agentem quam ſuper 90. iuſtis, quibus non opus fuit pœnitentia. *Nam ſi omnia, inquit, ad commonendos nos ſcripta ſunt, cui tandem populus ille peccator humilis comparabitur, niſi populo pœnitenti? Nec aliter Interpretantur B.Cypr.Epiſt.*47. *ad Cornel. &* 51.*ad Antonian. B.Hier. locis citatis, & B. Ambroſ.lib.* 1.*de pœnitentia cap.*4. *& B.Auguſt. Quæſt. Euang.libr.* 2. *capite* 33. *& ante hos omnes Beatus Dionyſ. Areop. Epiſt.* 8.*ad Demoph. Monach.*

51. Procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum, &c.] *Eodem pertinet quod infra dicitur c.*10. Cui ille ſi forte patrocinabitur Paſtor quem in calice depingis, *&c.* de quo nihil libentius bibas, quam ouem pœnitentiæ ſecundæ. At ego eius Paſtoris ſcripturam haurio, qui non poteſt frangi. *Vnde colligitur, tum temporis* calices *(quorum hauddubie, vti ſupra adnotauimus li.de Orat.num.* 1. *vſus in ſacrificiis) non ſolum depingi ſolere figuris hiſtoriarum noui Teſtamenti (vnde & confirmatur vſus Imaginum in Eccleſia, de quo ſupra Apologet.cap.*12.*num.*184. (*ſed etiam vitreos fuiſſe. hoc eſt enim quod dicit*, frangi faciles. *Atque hoc ipſum eſt quod citaui in noſtris Leiturgicis Latinorum de B.Zepherino, eius ætatis Romano Pontifice.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex Damaſo, Vvalafrido, & Radulpho Tungrenſi, quod ille ſtatutum fecerit, vt omnia vaſa Eccleſiæ eſſent vitrea. Addit Martinus Polonus: aut ſtannea. Verumtamen, non multo poſt etiam argentea & aurea vaſa in vſu fuiſſe, patet ibi, ex paſſione B. Laurentij, apud B. Ambroſ. Offic. lib. 2. cap. 18. qui paſſus eſt circiter vno menſe ante B. Cyprianum, item ex Opt. Mileuit. lib. 1. contra Parmenian. & B. Auguſt. contra Creſcent. Grammat. lib. 3. cap. 29. Rurſum autem pecudis nomen vſurpat, pro: oue, idque non ſemel. Atqui caſtigamus ex ms. cod. Angl. cui alii configuraſſe credendum eſt: pro: quum figuraſſet, cui alii credendum eſt, maxime quum ad illum magis accedat Gagnæi lectio prior.

52. Sed ouis proprie Chriſtus, &c.] Iſtud ſibi obiiciens ex perſona Eccleſiæ, ſeipſum conuincit: nihil enim habet quod reſpondeat quam: Ergo nihil ad muſſitationem reſpondiſſe Dominum. Immo vero quum muſſitatio eſſet non tam de publicanis quam peccatoribus, aptiſſima fuit reſponſio ouis reſtitutæ parabola. Adluditur autem in hac obiectione ad illud Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis: & fient vnus grex, Græce ποίμνη, pro quo alij ouile transferunt: quæ omnia non niſi de Chriſtianis poſſunt intelligi. Legimus vero: & ideo Chriſtianus in oue intelligendus: pro: non intelligendus, & ſupplemus ex Angl. ms. cod. nonne omne hominum genus vnus Dei grex eſt? Cui reſponderi poteſt, at non Chriſti. Siue autem legas: & quibus pœnitentia opus non eſſet habentibus gubernacula cum ms. Angl. cod. ſiue cum exc. habentes, perinde eſt, quia præcedit: iuſti Iudæi.

53. Proinde dragmæ parabolam, &c.] Etiam hoc adhuc orthodoxus citauit pro Pœnitentia Chriſtiani peccatoris Auctor, locus ſupra citatus numero 50. ſicut & alij Patres, quorum ibi fit mentio. Supplemus vero ex Angl. ms. cod. Æque in ethnicum interpretamur. Quare perperam exponit: domum, totum mundum, quam ipſe cum alijs Eccleſiam. Malim autem paulopoſt legere: in Chriſtianum peccatorem defigerentur, quam: defingerentur. Atqui de Prouerbio: Decedam pauliſper de gradu iſto, vide noſtra Prolegomena, & Tertullianicum eſt: obduxero diuerſæ partis præſumptionem.

54. Condico, &c.] Etiam hæc vox Tertullianica, ac ſi dicat: vna vobiſcum dico, Chriſtianum iam peccatorem in vtraque parabola portendi, vtpote veritate victus. Verum aliud denuo effugium quærit, quod loquatur de peccatoribus viuentibus, non mortuis: quales adfirmat, ſed non probat, eſſe mœchos & fornicatores. Supplemus autem ex Angl. ms. erit & de perditionis genere retractare, & cum Dn. Latinio legimus: intereundo, pro: interiendo.

55 in ſpectaculum, &c.] De quatuor his generibus ſpectaculorum vide Tractatum noſtrum ſupra Tomum 2. ad librum de Spectaculis numero 1. de artibus curioſitatis in miniſterium alienæ, idololatriæ, libro de Idololatria capite 4 5 6. 7. 8. & 9. de ancipiti negotiatione, ibidem cap. 9. & de verbo blaſphemiæ, quando quis iurat per idola, capite 20. ac 21. Mirum autem eſſet quod auctor vehementia animi blaſphemiam inter remiſſibilia peccata poneret, quum infra capite 9. & rurſum 13. inter irremiſſibilia collocet: quare hic neceſſario illud: aut blaſphemiæ, prætermiſimus.

56. vel & ipſe forte ira tumore, &c.] Familiare id eſt omnibus hæreticis, immo etiam ipſe Tertullianus videtur abrupiſſe, aliqua ſimili animi adfectione, de quo interim in vita eius latius.

57. Paſtores ecce lac deuoratis, &c.] In hac ſcriptura Ezech. 34. variat à LXX. Auctor, & ipſe quoque B. Cyprian. non vno in loco, vertens: quod forte eſt, vbi alii: craſſum, non curaſtis, pro: non confortaſtis, & : quod expulſum eſt, non conuertiſtis, pro: & errans non reduxiſtis: quod tamen magis inſtituto Auctoris quadraret. Fortaſſis legit priori loco πυκνὸν, pro: παχὺ reliqua pro iiſdem videtur habere.

58. Mœchiæ vero & fornicationis non dragma, ſed talentum, &c. Etiamſi talentum eſſet, non animaduertit Auctor aliam parabolam Regis, qui dimiſit ſeruo ſuo decem milia talenta, Matth. 18. Elegans autem metaphora, lumen lucernæ, ſpiculum, ſolis, lanceam. Quæ ſequuntur, pertinent, non ad pœnitentes, peccatores, ſed eos qui non agunt pœnitentiam, niſi forte de ſua Montaniſtarum loquatur Eccleſia.

## CAP. VIII.

59. Sed enim pleroſque Interpretes, &c.] Titulum huic capiti dedimus: De parabola duorum filiorum. In qua certe ipſe potius Auctor in caligine à vero lumine exorbitat, atque adeo etiam illi magis (ſicuti omnibus etiam hæreticis) competit elegans illa Metaphora, quam Orthodoxis, maxime quum ipſe libro ſupradicto de Pœnit. cap. 8. numero 51. & libro de Patient. capite 12. hanc Parabolam ad pœnitentiæ confirmationem adduxerit: ſicuti etiam B. Pacianus vtroque loco ſupracitato. num. 50. B. Ambroſ. libro 1. de Pœnit. cap. 3. & his omnibus antiquior B. Dionyſ. Areop. Epiſt. 8 ad Demophil. monach. B. Hieronym. quoque Epiſt. 46. ad Damaſum eiuſdem argumenti. Qui quidem ſicuti Auctor (quomodo etiam B. Auguſtin. Qu. Euang. libro 1. capite 33.) filium minorem ethnicos, maiorem Iudæos, interpretantur: ſed deinde oſtendit (contra quam Auctor) quomodo de iuſto generaliter & peccatore Chriſtianis poſſit intelligi. Similiter interpretatur etiam Auctor Homiliæ de Patre & duobus filiis, inter opera B. Chryſoſt. in Lucam, præmittens: de ethnico & Iudæo commode non poſſe intelligi. Et vero beatus Hieronymus pro hac ſententia facere ſcribit illud Patris ad ſeniorem filium: Gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt: ſcribens illud correſpondere cum eo quod de parabola præcedenti dixit: Sic erit gaudium coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Atqui in expoſitione verborum totius parabolæ, ſatis cum Auctore omnes illis conſentiunt. Porro ſunt elegantiſſimæ phraſeis Tertullianicæ: in veſtibus purpura oculandis, inter ſe amaſſe, ac: erudito corpore. De Prouerbiali vero formula: in caligine a lumine exorbitare, vide noſtra Prolegomena.

60. Duos enim populos in duobus filiis collocant, &c] Nullum hactenus vidi Veterum, qui expreſſe duos filios, Iudaicum maiorem, Chriſtianum minorem, interpretentur, quare non eſt quod eam defendamus ſententiam: ſed potius illam quæ iuſtos & peccatores intelligit.

61. Licet enim, &c] Eſt iſtud Tertullianicum: Licet enim filius audiat & Iudæus & maior, &c. ac ſi dicat: Licet filii nomen, & maiori, ſibi tributum audiat Iudæus: nempe ab Apoſtolo Romanorum 9. vbi legitur: Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum: & deinde: maior ſeruiet minori.

62. ſed non erit Iudæi dictum ad patrem: Ecce quot annis, &c.] Idipſum argumentum obiiciebat B. Hieron. Damaſ. At B. Hieron. in priori parte ſuæ expoſitionis, negat id dictum de Iudæo populo, ſi de ethnicis & Iudæis velimus intelligere, ſed de ea iuſtitia, quam in lege ſequentes, Dei iuſtitiæ non ſubiiciebantur. Peculiare eſt autem Auctori: quot annis, pro eo quod alii omnes: tot.

63. odio habens traducentem in portis, &c.] Adludere videtur ad illud Iſai. 29. Omnes autem arguentes in portis offenſionem ponent (vbi eſt figura Græca, tamquam dicat: aduerſus omnes arguentes, &c.) & obliquauerunt in iniquis iuſtum: pro quo hic multo aliter Auctor: & aſpernamento ſermonem ſanctum. Sicuti & in eo quod ſequitur Iſai. 1. qui non computauerint Dominum (ſeu Deum, quod malo, ſicuti legit ms Angl.) pro eo quod alibi ſemper: non cognouit: ac ſi dicat: non æſtimauerint pro Deo: atqui caſtigamus ex coniectura Harriſii & noſtra: Quærant igitur, pro: Quærunt.

64 Multo aptius Chriſtianum maiori, &c.] Neque hanc alicubi interpretationem apud aliquem Veterum reperi, atque adeo merito, eam non conuenire, Auctor ſignificat. Ibi autem: ſiquidem tota ſpes noſtra cum reliqua Iſraelis exſpectatione coniuncta eſt, adludere videtur ad illud Rom. 11. Si delictum eorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum? De Prouerbio vero: ad ſpeculum reſpondere, vide noſtra Prolegomena.

65. & fabula, & ſcena, & perſona, &c.] De his lat e ſupra Tom. 2. lib. de Spectac. c. 10. & 17. Rurſum vero vide noſtra Prolegomena de Prouerbio: nihil ad Andromacham.

66. Sic & hæretici, &c.] Pulcrum eſt iſtud de praua ſcripturarum expoſitione apud hæreticos ſolutos à regula veritatis, de quo latius ſupra Tom 3. l. de Præſcript. adu. hær. cap. 17. Eſt autem ibi ironia: aptiſſime excludunt. Quare aptiſſime? quoniam, &c. Sic enim prorſus diſtinguendus locus ille. Et vero excludunt (metaphora ſumpta à gallinis aut auibus, quæ pullos dicuntur excludere) accipitur, pro enucleant, exponunt, interpretantur, ſicuti etiam alicubi ſupra, ni fallor, Auctori vſitatum eſt, cui magis familiare: Vacuit, pro: Vacauit. Atqui videtur mihi agere contra Marcum & Colorbaſum hæreticos, qui Deum ſuum ex numeris conficiebant, & inter cetera (Irenæo teſte lib. 1. cap. 13) ex dragma perdita & oue, quo pertinet etiam illud ſequ. quare centum oues, & quid vtique decem dragmæ.

## CAP. IX.

67. Nos autem, &c.] Quum eiuſdem ſit argumenti iſtud caput, nouo titulo non eſt opus. In eo à præcedenti differt, quod ibi aliorum, hic ſuam ſententiam proferat, de qua quid ſentiam, habes ſupra num. 59.

68 & quæ illæ ſcopæ, &c.] Confirmatur hinc, tamquam verior lectio Luc. 15. de dragma perdita: & euerrit domum, pro altera euertit, Græce etiam magis voci conformis: σαροῖ, quod ſignificat: ſcopis purgare, maxime quum iterum repetat Auctor: tam ſcoparum. Eſt vero rurſus Tertullianicum: cui exemplum procuratur.

69. Quibus enim cohærent, eandem habent cauſſam, &c.] Hoc ipſum habet etiam B. Hieron. ſed aliter (vti nu. 50. dictum eſt) ab eo explicantur ex vtraque parabola, tam dragma & ouis, quam duo filii.

70. apud Iudæam vſurpatam iam pridem Pompeii manu, &c.] De Iudæa vſurpata Pompeii manu, vide Ioſeph. lib. 14 Antiq. cap. 8. & lib. 1. de bello Iudaico cap. 5. & Egeſipp de Excid. Hieroſol. lib 1. cap. 14. 15. 16 & 17. vbi Pompeium Magnum appellat: eundem nempe qui in Numiſmatis & Faſtis Conſularibus appellatur, CN. POMPEIVS, CN. F. SEXT. N. MAGNVS III. PROCOS. an. Vrb. cond DCXCII. quo anno Romæ triumphum egit per biduum, inter cetera de Syria, & Iudæa.

71. atque Luculli, &c.] Luculli etiam mentionem faciunt Ioſeph. lib. 13 cap. vlt. & Egeſipp. dict. lib 1. cap. 13. narrantes de illo, quod Tigranem Regem Armeniorum, facta in Armenios irruptione, ab obſidione Ptolemaidis recedere coegerit, atque hinc eſt quod inueniatur in Faſtis TRIVMPHVS L. LICINII L. F. N. F. LVCVLLI PROCOS. ex Ponto, Cappadocia, Armenia, de Regibus Mithridate

& Tigrane. Qui quum eodem anno contigerit, quo Hieroſolyma à Pompeio fuit occcupata, nempe C. Antonio & M. Tullio Cicerone Coſſ. fortaſſis poſt victoriam iam dictam de Tigrane, vna cum aliis Romanis legionibus interfuerit ipſe expeditioni Syriæ & Iudææ, quamquam & Ioſeph. & Egeſipp. id Scauro potius tribuant,

72. legat Deuteronomium: Non erit vectigal pendens ex filiis Iſrael, &c.] Huic ſcripturæ, quam adlegat auctor, vt probet publicanos fuiſſe ethnicos: opponit B. Hier. dicta Epiſt. ad Damaſum: Matthæum (Matth. 9.) eumque qui in templo orabat, Luc. 18. & publicanos baptizatos baptiſmo Ioannis, Luc. 7. quos ex circumciſione fuiſſe probat, quod credibile non ſit ethnicum templum ingreſſum, aut Dominum cum ethnicis habuiſſe conuiuium, quum id maxime caueret, ne legem ſoluere videretur. Quo loco ad marg. adnotatum eſt Deuter. 23. ſed ibi non reperitur, niſi forte tale quid etiam olim lectum fuerit, vbi prohibetur non fœnerari. Verum de hoc vide noſtra Prolegomena inter Paradoxa auctoris.

73. Ceterum nec denotaretur, &c.] Etiam in hoc fallitur auctor, quia denotatus fuit Dominus peccatricis tactum admittens, Luc. 7. quum etiam Iudæa eſſet, non ethnica. Atqui phraſis eſt Tertullianica (de qua alicubi ſupra) licet in agina congruentiſſima de qua inter Prouerbia Prolegomenis.

74. Nam ſi Chriſtianus eſt, &c.] In hac periodo parentheſi incluſimus (vtique baptiſmatis, vtique Spiritusſancti, & exinde ſpei æternæ) item: (cui alii quam diabolo?) Caſtigauimus etiam ex Angl ms. cod: reſipuit, pro: reſipit, &: fornicarii, pro: fornicatorii. Illud vero: tota ſubſtantia ſacramenti, d? baptiſmo intelligitur.

75. de quo indigne veſtiti, à tortoribus ſolent tolli & abiici in tenebras, &c.] Emendauimus ſic ex dicto Angl. ms. cod. pro eo quod erat corruptiſſime, auribus, nam Matth. 22. legitur de eo qui non habebat veſtem nuptialem: Tunc dixit Rex tortoribus: toll te eum in tenebras exteriores. Legit enim etiam ibi auctor, quod eſt Matth. 18 tortoribus, quum Matth. 22. ſolummodo legatur: miniſtris. Paulo poſt autem caſtigamus, niſi qui Deum neſcit? & : niſi qui Deum nouit? pro eo quod erat vtrobique: Dominum.

76. Vide an habeat ethnicus, &c.] Præterquam quod ethnico adplicat, quod alii peccatori Chriſtiano, pulcre alioqui hanc parabolam explicat. Eſt vero Tertullianicum: ſatisfacto redit.

77. quo fidei pactionem interrogatus obſignat, &c.] De hac vide ſupra T. 3 li. de Bapt. inter Baptiſmi ceremonias, n. 1

78, opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtia ſcilicet, &c.] Cum primis hoc loco probari veritatem Dominici corporis in Euchariſtia, ſupra adnotauimus Tom. 3 lib. 4. adu. Marc. cap. 40. numer. 682,

79. Ceterum ſi in hoc geſtit, &c.] Veritate victus, confitetur etiam de peccatoribus & iuſtis poſſe hanc parabolam intelligi, ſed ita inquit, omnia delicta capitalia concedi, id eſt, pœnitentia remitti poſſint, quod ipſum fatentur & tradunt orthodoxi. Verum rurſus ab ea declinat, quum per ſolum martyrium vult remiſſionem fieri.

80. Non eſt leuior tranſgreſſio in interpretatione, &c.] Competit hoc ipſum iterum in hæreticos, atque adeo ipſum Tertullianum, potius quam in Catholicos.

## CAP. X.

81. Excuſſo igitur iugo, &c.] Inſcriptionem huic capiti fecimus: Quod etiam ethnicis competat pœnitentiæ denunciatio, cuius contrariam ſententiam Orthodoxis impingit. Veruntamen non ſequitur, præcedentem parabolam de ethnicorum pœnitentia debere intelligi, & totum id intelligendum de pœnitentia, prima ſalutis tabula, nempe Baptiſmo ipſo, nam altera appellatur vel ab ipſo Auctore ſupra libro de Pœnitent. c. 7. ſecunda tabula poſt naufragium, quam hic impugnat. Quare recte etiam B. Pacianus oſtendit, quod non ſolum in baptiſmo (ad quem errorem inclinare videtur etiam auctor) peccata dimittuntur. In quo eundem imitatus eſt B. Ambroſ. li. 1. de Pœnitent. cap. 7. De Prouerbio autem: excuſſo iugo, vide noſtra Prolegomena.

82. Non ergo & Ionas, &c.] Sic prorſus legimus, vt accipiatur pro: Nonne, more Tertulliani, qui illud ſemper vſurpat, raro vero aut nunquam: Num. Supplemus autem mox: ethnicos quoque pœnitentes redempturæ, ex Angl. cod. ms.

83. Sed hoc volunt Pſychici, vt Deus iuſtus iudex, &c.] Sic omnino legimus, pro, iuſti, quia ſupra cap. 2. dixit: Quia etſi bonus natura Deus, tamen & iuſtus, adludens vtrobique ad illud Pſal. 7. Dominus iudex iuſtus. Sufficit vero contra auctorem, qui hic detorquet illud: pœnitentiam peccatoris malo quam mortem, quod ipſemet ſupra libro de Pœnit. ca. 4. eam citauerit de pœnitentia, quemadmodum etiam B. Pacianus, qui diſertis verbis probat, eam ſcripturam ad Chriſtianos pertinere, non ad ethnicos. Atqui de prouerbiali formula: funambule pudicitiæ, vide noſtra Prolegomena, ſicut de illa: tenuiſſimum filum pendente veſtigio ingredi, vtpote quo artem funambuli deſcribit, eam recte appellans: diſciplinam veri auiam, item de illis: in gradu totus es, &: quaſi in ſolido es.

48. ſi ſcriptura paſtoris, &c.] De hac quid ſentiendum, vide ſupra Adnotat. noſtras To. 2 li. de Orat. ca. 12 nu. 48. & ad Symbolum Rufini inter opera B. Cypriani. nu. 158. Hoc ad intellectum huius loci pertinet, quod operis eius tribus libris diſtincti liber ſecundus Paſtor prænotatur, in quo angelus pœnitentiæ nuntius proponitur, vtpote quum (Origene teſte li. 10. in Epiſt. ad Roman. cap. 16.) Hermas illius operis auctor poſt multa peccata ad pœnitentiam conuerſus fuerit, quem Dorotheus in Synopſi ſcribit fuiſſe Philopolis Epiſcopum. Certe, præterquam quod auctor ſupra irridere videatur, hic diſertis verbis adfirmat: ſcripturam Paſtoris ab omni Concilio Eccleſiarum inter apocrypha & falſa iudicari.

85. (proſtitutorem & ipſum, &c.] Iſtud de Paſtore Chriſto in calice depicto, parentheſi incluſimus: vbi calumniatur, tamquam poſt calicem Dominicum ob ſperatam pœnitentiæ veniam, iterum Orthodoxi ſacerdotes ad ebrietatem & mœchiam reuerterentur. Quamquam interim etiamſi de Laicis conceſſo vſu calicis velit illum loqui quiſpiam, nihil obſtabit hodierno vſui ſub altera ſpecie, vtpote quum ſupra oſtenderimus l. de Orat. nu. 1. ſemper etiam ætate Tertulliani, vſum ſub altera dumtaxat ſpecie obſeruatum fuiſſe. Verum de eo latius in noſtro eius Argumenti libello.

86. Facite dignos pœnitentiæ fructus. &c.] Etiamſi iſtud & ſequentia dixerit Ioannes Baptiſta, Matth. 3. ad nondum baptizatos: non ſequitur inde nullam poſt baptiſmum eſſe pœnitentiam, vtpote quam multis aliјs ſcripturis B. Pacianus confirmet & ipſe quoque auctor ſupra ſæpedicto libro de Pœnitentia, quemadmodum etiam Beati Hieronymus & Ambroſius locis ſupra citatis.

## CAP. XI.

87. Exinde quod ad Euangelium pertinet, &c.] Caput hoc inſcripſimus: De factis Domini erga pœnitentes.

88. & vnguento ſepulturam eius inauguranti, &c.] Vel hinc probatur eorum ſententia, qui non duas, ſed vnicam Magdalenam faciunt, vtpote quum eidem peccatrici fœminæ lauanti lacrymis pedes Domini, & crinibus detergenti (quam etiam in pœnitentiæ exemplum adfert Auctor ſupra To. 3. libr. 4. adu. Marc. ca. 18.) adtribuat, & vnguento ſepulturam ipſius inauguranti, quod contigiſſe ante paſſionem Domini, patet Matth. 26. Marc. 14. & Ioan. 11. quum dixit Dominus: Mittens enim hæc vnguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit, &c. Atqui etiam iſtud adducit contra Nouatian. B. Pacianus Epiſt. 2. ad Sympron.

89 Samaritanæ ſexto iam matrimonio, &c.] Antidotum huius habes ſupra in loco ſimili li. de Monogam. c. 8. n. 64. quod nempe ſextus ille non maritus fuerit, ſed mœchus, & tamen illi Chriſtum indulſiſſe non diffitetur hic auctor.

90. Nunc enim dicimus: ſoli Domino hoc licet, &c.] Loqui rurſum ex ſententia Montani, ſupra adnotauimus ad locum ſimilem ca. 3. nu. 26. Verum, ad eandem ex parte Nouatianorum ſibi factam obiectionem, reſpondet B. Pacianus Epiſt. 2. ad Sympron. Nouatian. Ceterum quod ego facio, non meo iure facio, ſed Domini. Dei ſumus adiutores (inquit) Dei ædificatio eſtis, & iterum: Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit, ergo neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Quare, ſiue baptizamus, ſiue ad pœnitentiam cogimus, ſeu veniam pœnitentibus relaxamus, Chriſto id auctore tradimus. Tibi videndum, an Chriſtus hoc poſſit, an Chriſtus hoc fecerit. Hactenus ille. Quum itaque Chriſtum id feciſſe ipſe quoque Auctor confiteatur, perperam ſubiungit: tempora illa quibus Chriſtus in terris egit, nobis non præiudicare, maxime quum ſimilem etiam locum habeas apud B. Ambroſ. de Pœnit. l. c. 7.

91. Chriſtiana enim diſciplina à nouatione Teſtamenti, & vt præmiſimus, &c.] Quo adludat hic Auctor, neſcio, quum hoc libro nihil tale præmiſerit, niſi forte ad ſcripta ſua præcedentia. Nam To. 1. Apolog. ca. 5. tradit tempore Tiberii (ſub quo Chriſtus paſſus eſt) nomen Chriſtianum in orbem iutroiſſe. & cap. 7. Cenſus iſtius diſciplinæ à Tiberio eſt. Vbi eadem ſignificatione accipi: cenſum, pro origine, qua hic cenſetur, adnotauimus ſupra li. 1. adu. Marc. c. 21. num. 149. Atqui perperam argumentari Auctorem: Chriſtiana diſciplina à paſſione Domini originem habet, ergo exempla Chriſti ante ſuam paſſionem non ſunt imitanda, notius eſt quam vt refutatione indigeat.

## CAP. XII.

92. Itaque iſti qui alium Paracletum, &c.] Titulum huic capiti impoſuimus: De interdicto fornicationis in Concilio Apoſtolorum, Act. 15. Atqui ad hæreſin Montaniſtarum pertinet, quod hic ſubindicare videtur: Orthodoxos Paracletum in Apoſtolis & per Apoſtolos receptum, iam non poſſidere, quod in Prophetis (nempe Montano & inſanis ſuis fœminis) proprius (id eſt, magis proprie, nam id iterum ex Gagnæo legimus, pro: propriis) non agnouerint, quod quam abſurdum ſit, ipſe Auctor docuit ſupra T. 3. l. de Præſcript. adu. hæret. c. 52. hær. 21. n. 327.

93. vel de Apoſtolico inſtrumento doceant, &c.] Non ſequitur: Ex Actis Apoſtolorum (quod Inſtrumentum Apoſtolorum nuncupat) non docetur: maculas carnis poſt baptiſma reſperſas pœnitentia dilui, ergo peccata poſt baptiſmum non delentur pœnitentia, quia aliјs ſcripturis plus ſatis comprobatur. Immo etiam Act. 8. vbi ad Simonem magum iam baptizatum, & poſt baptiſma donum Spiritusſancti volentem pecunia poſſidere, loquitur Petrus: Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, neque obſtat quod ſubiungit: ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, vnde argumentabantur Nouatiani Petrum non confirmaſſe vt agenti pœnitentiam peccatum remitteret. Reſpondet Beatus Ambroſ. libro 2. de Pœnitent. capite 1. Conſidera de quo loquitur, hoc eſt, de Simone, qui non ex fide crederet, ſed dolum agitaret. Ego autem (inquit) nec Petrum dubitaſſe credo, &c. Non enim ignorantia in verbo (nempe: ſi forte:)

expri-

TERTULL OPERA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A exprimitur, ſed ſcripturis diuinis frequens huiuſmodi conſuetudo aduertitur, quod ſimplex ſit elocutio. Quod quum ſcripturis docuiſſet Hier.16 & Ezech.3 poſtea idipſum comprobans etiam Chriſti verbis Matth.21. & Ioan. 8. interſerit. Denique ipſi ſapientes ſæculi, quod Latine forte dicitur, Græce τάχα, non vbique pro dubitatione poſuerunt. Hæc Paulo prolixius, ob ſimilem Auctoris phraſin frequentiſſime qua: ſi forte, pro: forte, vbique accipit, ſicuti exempli gratia capite prox. quæ ſi forte nunc æſtimaretur, &: quæ in Apoſtolo colaphis ſi forte cohibebatur.

94. à ſacrificiis, & à fornicatione, & ſanguine, &c.] Eodem modo hanc ſcripturam ad idem inſtitutum (vt oſtendat eſſe capitalia & mortalia crimina: mœchiam, idololatriam, & homicidium) adfert B. Pacianus Exhort. ad Pœnitent. Præterquam quod legat: ab idolothytis, & ſanguine, & fornicatione, ſicut hodie legitur Græce & Latine. Verum poſtquam eadem ſupramodum exaggerauit, ſubiungit: Ergo (inquiet aliquis) perituri ſumus? & vbi miſericors Deus, qui mortem non inuenit, nec lætatur in perditione viuorum? Reſpondet autem: Accipite remedium, &c. Qui nimium confidit, indignus eſt. Vos ergo appello, qui criminibus admiſſis pœnitentiam recuſatis, qui peccare non erubeſcitis, & erubeſcitis confiteri. Denique poſt aliquot paginas ſic concludit. Per rogo vos Eccleſiæ fidem, fratres, ne pudeat in hoc opere (ipſis verbis Tertulliani ſupra li. de Pœnit. cap. 10 & 9.) nec pigeat opportuna quam primum remedia inuadere, &c. ne prolixiores B ſimus. Atqui quod hic omittitur ab vtroque (quia ad inſtitutum non faciebat) & ſuffocatis, habes tractatum ſupra Apolog. cap. 9. numer. 138. Pulcre autem ſubijcit Auctor, ad intellectum loci iam citati. Interdictum enim ſanguinis, multo magis humani intelligemus.

95. Cur ergo ceruicem noſtram à tanto iugo excuſant, &c.] Quid ſi etiam hic legi debeat excuſſant, pro: excuſant, ſicuti ſupra adnotauimus legendum To. 2. li. de Virg. veland. capite 7. numer. 53. nolui tamen quid immutare. De Prouerbio vero: ceruicem à iugo excutere, vide noſtra Prolegomena. Caſtigamus autem prorſus ex Anglic. ms. cod. ad neceſſariora: pro: neceſſaria, maxime quum illud etiam alibi Auctori ſit vſitatum non ſemel, & ſequatur: nocentioribus.

96. Sed non leniter nobis compactus eſt Spirituſſanctus, &c.] Adludit ad illud Ioan. 20. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. hoc eſt enim quod ſponſionem appellat, addens: Iam nec recipiet (id eſt, retinebit) quæ dimiſit, nec dimittet quæ retinuit.

97. Hinc eſt, quod neque idololatriæ, neque ſanguini pax ab Eccleſiis redditur, &c.] Supra vbi idipſum habet ſub finem cap. 5. numer. 38. diximus, hoc calumniam eſſe, cui adde, quæ iam diximus numero 94.

C

## CAP. XIII.

98. Nouimus plane & hic, &c.] Inſcriptionem huic capiti fecimus & ſequenti: De facto Corinthii fornicatoris, ex Epiſt. 1. & 2. ad Corinthios. Quod ipſum tractatur à B. Paciano, tum Exhort. ad pœnit. tum Epiſt. 2. ad Symphron. & B. Ambroſ. li. 1. de Pœnitentia cap. 12. 13. 4. 15. 16. & 17. Qui diſertis verbis eundem adſerunt fuiſſe Corinthium fornicatorem, quem 1. Cor 5. tradidit & Satanæ, & cui, 2. Corinth. 2. donaſſe ſe ſcribit, quemadmodum etiam B. Chryſoſt. alijque Græci in Epiſt. 2. ad Corinth. & Auctor Comment. in Epiſt. Pauli inter opera B. Ambroſii, item B. Aug. li. 3. contra Epiſtol. Parmen. c. 1. Et vero (quod eodem redit) interitum carnis non modo BB. Pacianus & Ambroſ. adflictionem carnis in officium pœnitentię interpretantur, ſed etiam Origenes hom. 24. in Leuit. & 12. in Ezechielem. Quare valeat ſolus Tertullianus cum ſuis Montaniſtis, vbique contrarium ſentiens.

99. Si quis autem contriſtauit, &c.] In hac ſcriptura (præter illa quæ paulopoſt adnotauimus) retinuit Græcam Eclipſim: Vti è contrario magis vos donare & aduocare (id eſt, conſolari, voce Tertullianica) nempe debeatis. Legit dumtaxat: Nam & ego ſi quid donaui, D donaui, quum alij plus legunt, legebatur etiam ſolummodo: in Chriſto, pro eo quod omnes ſupradicti & vulgatus Interpres Latinus: in perſona Chriſti, verum iſtud ſubſtituimus ex ms. Angl. cod. quia & Græce & Syriace legitur. Conſentit etiam Vulgatæ Latinæ verſioni, quod vertat: ne fraudemur, cui conformiter vbi ſupra B. Ambroſ. legit & interpretatur: circumueniamur, nec diſſentit verſio Latina ex Syriaco: ne calumnia nos deferat, quamtumuis Græce ſit πλεονεκτηθῶμεν, pro quo B. Pacianus, B. Aug. ac Auctor Comm. Ambroſ. adſcripti: poſſideamur. Deniq; vertit: iniectiones, quod Græce eſt νοήματα, pro quo plerique, cogitationes, B. Aug mentes, & B. Ambroſ. verſutias, quod magis cum Auctore conuenit. Nos vero in hoc commate, ſicut Apoſtolus, caſtigamus ex eodem cod. ms. Angl. quoniam non ignoramus, pro: quod.

100. ethnicorum impudentiam ſupergreſſo, &c.] Sic ex varijs lectionibus, eo quod apud Apoſtolum plurali numero legatur, 1. Cor. 5. qualis nec in gentibus, vt ipſe Auctor legit ca. ſeq. idque ex coniectura Dn. Harriſii, & proinde etiam infra ſub finem cap. ſuper ethnicos delinquendo. Legimus item ex ms. cod. Anglic. Magis triſtiora cunctantur, pro: conctantur. Et ex coniectura Dn. Latinii: conciliciatum, pro: conciliatum, vt vox ſit à cilicio deriuata, ſicut à cinere, quæ ſequitur, concineratum.

101. & benedictus Papa, &c.] Vides iam tum Papæ nomen in Eccleſia vſitatum etiam Romanis Pontificibus, ad eundem enim, ſermonem hauddubie per Proſopopœiam conuertit, de quo ſupra ca. 1. Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit. Atqui de nomine Papæ vide noſtras Adnotat. In B. Cypr. ad Epiſtol. 3. n 3. Et vero eidem adtribuit adhuc nomen benedicti, quantumuis hæreticus, non ſecus atque fecit ſupra Tom. 3. libr. de Præſcript. adu. hæret. cap. 30 numer. 167. E

102. Et tamen dilectionem audio, non communicationem, &c.] Etſi apoſtolus, dicens: vt conſtituatis in eum dilectionem, communicationis expreſſe non meminerit, ſatis tamen ex eo colligitur, quod vox Græca κυρῶσαι ad iudices pertineat, quorum adeo exhibere caritatem non aliud eſt quam donare, ſicut mox ſequitur: ſi cui autem donaueritis.

103. Si quis autem non obedit ſermoni noſtro, per Epiſtolam hunc notate, &c.] Prorſus ſic diſtinguendus hic locus 2. Theſſ 3. iuxta emendatiores Græcos & Latinos codices, maxime quum vertat Latinus ex Syriaco Interpres: Si quis non obedit iſtis ſermonibus qui epiſtola continentur, & B. Aug. loco citato. Qui magis proprie vertit: vt erubeſcat, & ſimiliter noſter interpres Latinus: confundatur, quam Auctor: reuereatur, ſed eſt vox eadem ſignificatione auctor paſſiue vſurpata.

104. quem ſcilicet auferri iuſſiſſet de medio ipſorum, &c.] Non recte hoc ſoli inceſto adplicat, quum ſub finem capitis 1. Cor. 5. id habeatur, poſtquam in genere locutus eſt de pluribus fornicarijs, auaris, F idololatris, &c. deinde auferri de medio apud Apoſtolum non aliud eſt, quam tradi Satanæ, id eſt, ſicut ipſe Auctor non multo poſt interpretatur: extra Eccleſiam proiici.

105. vt emendarentur non blaſphemare, &c.] Hoc ipſum mox tranſtulit: vti diſciplinam acciperent non blaſphemandi, pro eo quod Græce eſt 1. Tim. 1. ἵνα παιδευθῶσι. pro quo Latinus Interpres; deſinant non blaſphemare, quo adludit altera eius tranſlatio: vt erudiri haberent.

106. quid ſimile, blaſphemia & inceſtum & anima ab integra, &c.] Sic prorſus ex Angl. ms. cod pro: blaſphemiam, quia inceſtum ſemper neutro genere, ab Auctore vſurpatur, & ſequitur: ac anima, quorum, blaſphemia refertur ad ſcripturam, 1. Tim. 1. inceſtum, 1. Cor. 5. anima ab his integra, nempe Apoſtoli, 2. Cor. 12. Quam, quum elatam dicit, certe etiam Apoſtolum aut Orthodoxos id ſentientes, calumniatur, vtpote, quum ibi non legatur elatus Apoſtolus in ſuperbiam, ſed dumtaxat ſudem angelum ſatanæ ſibi datum, ne ſe extolleret, ſicuti ipſe præmittit. Sicuti etiam in hoc calumniatur, quod, quum ipſe ſupra li. de Fuga in perſecut. c 2. & ſimiliter alii Patres iſtud intellexerint de graui morbo aliquo, hic ridicule dumtaxat interpretetur: dolorem auriculæ aut capitis. Sicut etiam dum inſinuat Orthodoxos hinc colligere, quod etiam Apoſtolus Satanæ traditus fuerit, vtpote quod nuſquam reperi, quare & non male ſubiungit: quum illi fuerint ab Apoſtolo traditi Satanæ, Apoſtolo angelum Satanæ datum. G

107. de ceteris dixit, qui, &c. erudiri haberent blaſphemandum non eſſe, &c.] Mire detorquet hanc ſcripturam 1. Tim. 1. tamquam de aliis dictum ſit quam Hyemenæo & Alexandro, quod Patres de ipſis illis interpretantur, & nominatim Theodoretus in Comment.

108. Denique in interitum (inquit) carnis, non in cruciatum, &c.] Vt vt iſtud etiam detorquet Auctor, certe vox Græca ὄλεθρον non modo ſtragem, ſiue interitum, ſed etiam iacturam, & cladem ſignificat, & vel Chryſoſt. Græcus de afflictione & punitione carnis interpretatur, non minus atque Beatus Pacianus & B Ambroſ. quorum iſte id comparat cum illis verbis Domini ad Satanam, Iob. Ecce trado tibi eum, tantummodo animam eius cuſtodi. Qui proinde etiam illud: vt ſpiritus ſaluus ſit, (ſicuti & alii Patres omnes) de ipſo Corinthii ſpiritu interpretantur, non de ſpiritu Eccleſiæ, vti detorquet auctor.

109. Non ſcitis quod modicum fermentum totam deſipiat conſperſionem, &c.] Sic prorſus legendum pro: decipiat, vt deſipiat accipiatur more Tertull. pro deſipere faciat, id eſt, ſaporem immutet. nam & infra c. 18. vertit auctor: deſipit. Et vero etiam hic fallitur auctor, dum modicum fermentum ad fornicationem refert, quum potius de fornicatore intelligatur, qui modicum fermentum dicitur reſpectu totius Corinthiorum Eccleſiæ.

## CAP. XIV.

H

110. Et his itaque diſcuſſis, &c.] Quum eiuſdem ſit argumenti caput iſtud, nouo titulo non eſt opus.

111. Sufficiat eiuſmodi homini increpatio iſta, &c.] Quum ſupra n. 108. oſtenderimus interitum pro adflictione accipi, non ſubſiſtit argumentum auctoris ex voce: increpationis, maxime quum vox Græca ἐπιτιμία proprie mulctam & pœnam ſignificet, vnde & à B. Aug. loco citato c. præced. correctio transfertur.

112. Animaduertamus autem totam Epiſtolam primam, &c.] Paucis totum argumentum Epiſtolæ prioris ad Corinth. explicat.

113. Deo gratias ago, &c.] In hac ſcriptura omittit meo, iuxta Græco & emendatiores Latinos codices, 1. Cor. 1. item ex Græco ἐβάπτιϲα vertit: tinxerim. Legimus autem ex ms. Angl. cod. more Tertullianico: ne qui dicat, pro: ne quis In eo vero quod ſequitur 1. Cor. 2. omittit Pronomen me, ſicuti etiam B. Hilarius l. 10. de Trinit. vtpote quod Græce non habeatur.

114. Et puto, nos Deus Apoſtolos nouiſſimos elegit, velut beſtiarios, &c.] Beſtiarios, id eſt, ad beſtias deſtinatos, eadem ſignifi-

TERTULL:
OPERA.



cation, qua ſupra Tom. 1. Apolog. c. 9. dixit: beſtiarii inquitis Quomodo videtur vertere vocem Græcam ἐπιθανατίους, 1. Corint. 4. (pro quo rectius Vulgatus Interpres: morti deſtinatos) quod fere ad beſtias condemnarentur Chriſtiani, ſicuti patet eiuſdem Apolog. cap. vlt. & alibi non ſemel ex populi clamore: ad beſtias, ad leonem. Legimus autem: Quoniam ex Angl. ms. cod. pro: quod.

115. Mihi autem in modico eſt, &c.] Hic differt ab aliis 1. Cor. 4. quod legat: in modico: pro eo quod alii: in minimo, vbi ſeruans Ablatiuum, quantumuis hodie Græce ſit: εἰς ἐλάχιστον, &: interroger, pro: diiudicer, iuxta æquiuocam ſignificationem vocis Græcæ ἀνακριθῶ. Sicuti etiam adfirmatiue pronuntians illud 1. Cor. 9. Gloriam meam nemo inaniet, pro eo quod alii omnes: Bonum eſt enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. De Prouerbiali vero formula: exerta acies machæræ, vide noſtra Prolegomena.

116. Iam ditati eſtis, &c.] Tranſponit aliter verba quam habentur 1. Cor. 4. Bene autem habet, quod cum vulgato Interprete vertat regnatis, quantumuis hodie Græce ſit ἐβασιλεύσατε, & quod paulopoſt vertit, ſicut ille: Quis enim te diſcernit? vbi interim mirum eſt omitti ab Auctore illud intermedium. Si autem acceperis. Sicuti etiam quod in ſcriptura ſequenti, 1. Cor. 8. non legat idoli, & quod legat: in Chriſtum delinquent, pro eo quod etiam ex Syriaco vertitur: delinquitis.

117. Aut non habemus poteſtatem, &c.] Quod hic: Aut non, ſupra libr. de Monog. cap. 8. vertit: Non enim, vbi de hoc loco, 1. Cor. 9. latius. Noue etiam dixit: de poteſtate veſtra conſequuntur: quod alii: poteſtatis veſtræ participes ſunt. Bene autem habet quod cum vulgato interprete Latino legat. 1. Cor. 11. neque Eccleſia, quantumuis hodie Græce ſit: Eccleſiæ. Vbi mallemus etiam cum omnibus aliis legere Dei, ſed cum ms. cod. Angl. retinuimus: Domini, ex quo prorſus adiecimus ad ſcripturam 1. Cor. 16. Maranatha.

118. Quaſi non ſim venturus, &c.] Etiam hic conſentit cum Vulgato Interprete, quantumuis hodie 1. Cor. 4. Græce legatur ἐρχομένου δέ μου; & vertens mox: in virga. Differt in eo quod vertat: ſi permiſerit Dominus, pro eo quod alii: ſi voluerit. Vnica vero voce tranſtulit: luxiſtis, quod Græce eſt, ἐπενθήσατε, & paraphraſticῶs, ἔργον in malam partem, facinus. Atqui prorſus legimus omiſſo vt ſuperfluo: Quomodo auferatur.

119. extra Eccleſiam detur, &c.] Vſitatum eſt Auctori extra Eccleſiam dari, & mox: de Eccleſia auferri, &: ſacramento benedictionis (nempe Euchariſtiæ) exautorari, ac: ab Eccleſia eierari, item cap. 20. de Eccleſia eradicari, & ſupra nu. 30. rurſum aliis verbis, denique cap. præced. extra Eccleſiam proiici, quod nos excommunicari dicimus. De quo vide Tom. 1. Apolog. c. 39. n. 502. & 503. De variis Sacrificiis Euchariſtiæ aliis appellationibus, Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. E contrario cap. ſequenti, ab excommunicatione abſoluere, effert Auctor: poſtliminium largiri Eccleſiaſticæ pacis, dedamnare, recipere in communicationem, reuocare in Eccleſiam, concorporare rurſus Eccleſiæ.

120. per mortem hanc quoque communem, &c.] Interitum carnis 1. Cor. 5. hic interpretatur mortem communem, quale quid habet etiam B. Auguſt. loco ſupracitato, ſed magis illi placere indicat omnium Patrum expoſitionem, de qua ſupra nu. 108.

121. Videmus itaque, &c.] Hallucinatur hic etiam Auctor, dum dicit diuiſam Apoſtoli ſeueritatem in quendam inflatum, & in quendam inceſtum, quum ſi Apoſtolum diligenter inſpiciamus, plurali numero: inflatus appellans & 4. & 5. cap. de ipſa Corinthiorum multitudine loquatur, non de aliquo particulari. Sunt vero Tertullianica: increpitum, &: repræſentatione pœnæ, id eſt, præſenti effectu. Caſtigamus autem ex Angl. ms. cod. venia fit plane, pro: fit, &: rei ratio ex coniectura noſtra, pro: reatio. Item ex dicto ms. cod. inceſto (pro inceſtus) non videtur ignotum (id eſt, vt ſic loquar, ignoſcitum) vt damnato (pro, vel) nam præcedit: Inflato ignoſcitur. Denique qui non mœrere haberet, phraſi Tertullianica, pro: mœrore.

122. Paulum Apoſtolum Chriſti, &c.] Pulcros adfert titulos B. Pauli ex ſcripturis deſumptos, locis ad marginem adnotatis, vocans etiam vbique cenſorem (ſiue vti ca. 16. columnam) diſciplinarum, quem quoque ei adaptat, eo quod diſciplinam vrgeat.

123. Luſit igitur & de ſuo ſpiritu, &c.] Adludit ad illud 1. Cor. 5. Congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini. Ad primum enim pertinere videtur, quod hic addit: & de Eccleſiæ angelo: tamquam angelus aliquis præſit congregationibus Eccleſiæ, niſi malit quis referre ad Epiſcopum Corinthiorum, eadem phraſi, qua ad ſeptem Eccleſiarum angelos ſcribit B. Ioannes Apoſtolus Apo. 2. & 3.

## CAP. XV.

124. Si etiam ſequentia illius Epiſtolæ, &c.] Caput hoc inſcripſimus: De aliis ex Epiſt. 2. ad Corinth. Apoſtoli locis aduerſus fornicationem. Nihil interim illi obſtant, quominus ſecundæ Epiſtolæ verba ad fornicatoris abſolutionem referri poſſint, ſed adnotandi contra quoſdam hodiernos Atheos potius quam hæreticos, qui fornicationem, quam ſimplicem vocamus, peccatum negant, contra quos adeo facit ſupra cap. 1. 4. 5. & 6. vbi omnia libidinum genera inter capitalia crimina recenſentur, & maxime ca. 4. quum dicitur: Nec enim intereſt, nuptam alienam an viduam quis incurſet, dum non ſuam fœminam. Quo fit vt etiam B. Pacianus Exhort. ad pœnitent. inter crimina ponat diſertis verbis definiens: omnem prorſus libidinem, extra vxorium thorum & complexus licitos euagantem reatu mortis adſtringi. Quo pertinet etiam B. Cypr. lib. 3 Teſtim. ca. 63. Titulus capitis: Graue delictum eſſe fornicationis.

125. Propterea habentes adminiſtrationes, &c.] In hac ſcriptura 2. Cor. 4. conſentit cum vulgato Interprete, quod vertat: ſecundum quod, quantumuis Græce ſit καθὼς, &: abdicamus, pro eo quod hodie legitur, ἀπειπάμεθα. At ex Græco vertit: non deficimus. Supplemus vero ex MS. Angl. cod. An eiuſdem ſit excuſare, &c.

126. qui inter titulos laborum ſuorum, &c.] In hac ſcriptura 2. Cor. 6. non variat, niſi quod tranſponat: ieiunia & vigilias. Neque etiam in ſequenti, quandoquidem ſupplemus ex ms. cod. Angl. quis conſenſus templo Dei & idolis? ex quo etiam caſtigamus: & infidelis cum fideli, pro: infidelitas. In tertia ſimiliter, niſi quod legat dumtaxat: Dicit enim, pro eo quod alii omnes: ſicut dixit Deus, &: quia inhabitabo in vobis, pro: in illis. De Prouerbio autem: manum tradis, vide noſtra Prolegomena.

127. Habentes igitur promiſſionem iſtam dilecti, &c.] Ex admonitione Harriſii ſic legimus, pro eo quod erat corruptiſſime delicti, nam ex Græco & Syriaco ſic vertunt omnes, 2. Cor. 7. & ſimiliter: perficientes, pro: perficientis, denique: in Dei timore, pro: in fidei.

128. in finem enim Epiſtolæ, &c.] In finem accipit, pro: ſub finem, nam iſtud ſcribitur ab Apoſtolo in fine capitis pen. 12. nempe. In qua ſcriptura iuxta eiuſdem coniecturam caſtigamus: & vilitate, pro: vtilitate, tum quod Græce ſit ἀσελγείᾳ pro quo Interpres vulgatus: in impudicitia, tum quod eodem modo transferat infra cap. 18. ſine probro vilitatis vt emundata.

## CAP. XVI.

129. neceſſe eſt igitur, &c.] Titulum ſimilem huic capiti impeſuimus: De ſimilibus locis Apoſtoli ex 1. Epiſtola ad Corinthios.

130. Qui & in prima primus omnium templũ Dei dedicauit, &c.] Iſtud phraſi ſua propterea Auctor quod non modo 1. Cor. 3. vnde hunc locum citat, ſed etiam 1. Cor. 6. & 2. Cor. 6. doceat fideles templum Dei eſſe. Adludens ad templorum dedicationem, ſanctionem, id eſt, ſanctificationem, & purificationem, metaphorice etiam æditualem Legem vſurpans, tamquam ab æditus templi profectam. Sicuti autem etiam ſupra, ex Harriſio caſtigamus: vitiabit illum Deus, pro: vitiauit, quia illud Græce eſt, Syriace, & in Latinis codicibus omnibus.

131. immo & ante cætera, &c.] Hoc eſt, antequam iterum templi Dei, 1. Cor. 6. fiat mentio. In quo adeo ſcriptura nihil niſi voces transmutat, & quæ ad inſtitutum non faciebant, omittit. Legens deinde: Sed hæc quidem fuiſtis, cum vulgato Interprete, quantumuis hodie Græce ſit τινὲς, præterquam quod habet: Sed, pro eo quod alii omnes: Et, omittens quædam intermedia. Atqui eſt Tertullianicum: accepto facit.

132. Siquidem denuo ablui non licet, &c.] De Baptiſmo, quod iterari non poſſit, vide ſupra Tom. 3 lib. de Bapt. cap. 15.

133. Cibi ventri, &c.] Græce βρώματα.

134. Euertite templum hoc, &c.] Alicubi ſupra vertit: Diruite, & Interpres ex Syriaco Latinus: deſtruite, & pro eo quod noſter Interpres & alii: Soluite. Quod vltimum magis competit voci Græcæ Ioan. 2. λύσατε verum illi magis reſpexiſſe videntur ad citationem eorumdem verborum Chriſti, Matth 26. 27. vbi καταλῦσαι legitur.

135. Auferens membra Chriſti, &c.] In his & ſequentibus rurſum 1. Cor. 6. verbis nihil differt, & proprie ex Græco quædam transfert, ſicuti alicubi ſupra adnotauimus. Emendamus autem ex ms. Angel. cod. ſecundum veſtigia etiam lectionis Græcæ: nihil profecero, pro: fecero, & qui fornicatur, pro: quæ: quia illud legunt omnes. Siue autem legas: dedecoruauerit Deum cum ms. Angl ſiue: Dominum cum exc. non refert.

136. De quibus autem ſcribitis, &c.] Non ſemel ſupra hæc omnia quæ hic adfert. 1. Cor. 7. adducta ſunt ab Auctore, & à nobis ſi qua ſit differentia, indifferentia indicatum eſt. Atqui de Prouerbiis: ſecuri omnem ſyluam cædere, eradicare, & excaudicare, ac fibulam relaxare, & frenare, vide noſtra Prolegomena. Legimus autem ſicut ſemper ſupra: fruticare, pro: fructificare. Perinde eſt autem ſiue legas mox: infregit cum ms. Angl. cod. & Gagnæo, ſiue: infringit cum exc. Noue interim hic transfert: Vult enim omnes ſibi adhærere, ſiue vti Gagnæus: æquales eſſe, pro eo quod Apoſtolus: Volo omnes eſſe tamquam meipſum, quod alicubi habet Auctor. Item phraſi ſua: quia præeſt nubere quam vri. Qualis eſt etiam: dominico præcepto, &c. procurat. Malim autem legere: Sic vult nos Paulus præter ſollicitudinem degere, pro: Sic vult nos pater, quia Pauli verba ſunt: non Dei, qui nomine Patris ſolus ſolet honorari, ſed quia iſtud ms. cod. habet, nolui immutare. Atqui in eo quod addit: fidem ingreſſa, (ſicut ſupra patet libris de Exhort. caſt. & de Monog.) non probans nuptias eius quæ vidua poſt fidei ingreſſum facta eſt, Montanizat, & calumniatur Pontificem Romanum & Orthodoxos in eo quod ſubdit quis eſt iſte adſertor audaciſſimus, &c.

137. Sed eſt hoc ſollemne peruerſis & idiotis & hæreticis, &c.] De hoc, quod ſollemne ſit hæreticis, alicuius capituli ancipitis occaſione (quod falſo Pſychicis etiam tribuit) aduerſus exercitum ſententiarum inſtrumenti totius armari, vide ſupra latius Tom. 1. de Præſcrip. adu. hær. c. 17. n. 105. & 106.

## CAP. XVII.

138. Prouoca ad Apoſtolicam aciem, &c.] Inſcriptionem huic capiti fecimus: De aliis Apoſtoli aduerſus fornicationem locis. Qui quidem faciunt ad confirmandam grauitatem criminis illius: ſed

nihil

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A nihil obſtant, quantumuis id vrgeat Auctor, quo minus veniam Corinthio dare potuerit.

139. Aduocatio enim noſtra, &c.] Hoc eſt, conſolatio, phraſi Tertullianica, quam traſtulit 1. Theſſal. 2. pro eo quod alii omnes: Exhortatio, eo quod vox παράκλησις vtrumque ſignificet. Quam autem ſcripturam 1. Theſſal. 4. mutilam citaret ſupra Tom. 3. l. 5. adu. Marc. c. 15. hinc integram, nihil ab aliis varians.

140. Imprimis poſuit fornicationem, immunditiam, laſciuiam, &c.] Tria dumtaxat eodem pertinentia etiam B. Hieronym. recenſet Gal. 5. tertio loco collocans impudicitiam ſic etiam in Syriaco cod. alioqui Græce & Latine hodie 4. recenſentur, quorum primum μοιχία, ſed mœchiam & fornicationem confundunt veteres. Siue autem legas: hæreditati cum Angl. ms. cod. ſiue: hæreditate, perinde eſt.

141. Quid ergo dicemus? perſeuerabimus, &c.] Prorſus ſic legimus iuxta editiones omnes Rom. 6. Item ex lib. de Reſurr. carn. ca 47. ſupra Tom. 3. ſupplemus: in Chriſto Ieſu, ſeu mauis, Chriſtum Ieſum, ac: Conſepulti ergo illi ſumus, & caſtigamus: Si enim conſati ſumus, pro eo quod perperam repetebatur: conſepulti, ac omiſſa particula ſuperflua vos, legimus: Ita & reputate voſmetipſos, denique ſupplemus paulopoſt: & iniquitati ad iniquitatem. Reliqua huius ſcripturæ magis cum Græcis hodiernis exemplaribus quam cum Latinis conueniunt. Nos vero Latinium ſecuti intermedium illud Tertulliani (omiſſa vocula: qui ſic legimus: nemo poteſt poſt Chri-
B ſtum mortuus delinquentiæ, & maxime tantæ reuiuiſcere, quamuis interim etiam hoc ad errorem eius pertinet, de venia peccatorum non concedenda poſt baptiſmum.

142. Nam, etſi habitare bonum, &c.] Peculiare eſt hoc Auctori, quod Legem litteræ, &: Legem ſpiritus appellet, quas Apoſtolus Rom. 7. Legem membrorum & legem mentis, & ipſe ſupra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. Legem peccati & Legem ſenſus, coniungens inſuper finem cap. 7. cum initio cap. 8.

143. Lex enim ſpiritus vitæ manumiſit te, &c.] Propria eſt & hæc Auctoris lectio, pro me, quam habent alii codices Græci & Latini, quam tamen retinuimus, eo quod Syrus Interpres illi conſentiat. ſed tranſponimus verba: propter quos laborantes in lege per carnem miſerit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis delinquentiæ. Adludit enim ad illud: Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem, ſic enim legit ſupra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. c. 14. id ibidem pulchre explicans. Vertit deinceps auctor δικαίωμα, ius, alii Iuſtificationem, ſeu iuſtitiam, & deinde φρόνημα, ſenſum, quod alii prudentiam, & Syrus interpres electionem, peculiariter legens intermedium illud: Qui enim ſecundum carnem incedunt, pro eo quod alii omnes, ſunt: paulopoſt vertens illud μέλλετε ἀποθνήσκειν, futurum eſt vt moriamini, quomodo etiam Syrus Interpres. Atqui ex ms. Anglic. codic. caſtigamus: dehinc & inimicitiam in Deum, pro: Dominum, quia Græce eſt ἔχθρα εἰς θεόν.

144. In quibus & nos conuerſati ſumus, &c.] In hac ſcriptura Epheſ. 2. omittit omnes, forte quod ad inſtitutum non faceret, quod tamen habet ſupracitato libro 5. aduerſ. Marc. cap. 17. ſed hic non
C adiecimus, eo quod etiam Syrus Interpres non legat. Illud peculiare, quod legat paraphraſticῶs: concupiſcentias & voluptates carnis, pro eo quod Græce dumtaxat τὰ θελήματα, pro eo quod quidam Latini codices voluntates, alii, ſicut & Syrus Interpres: voluntatem.

145. Notans denique illos qui ſe negaſſent, ſcilicet Chriſtianos, eo quod, &c.] Ex veſtigiis Angl. ms. cod. ſic legimus, omittentes vocem: gratia, intermediam, plane ſuperfluam, quod ea relicta ſit ex varia lectione, qua ille legebat, quamquam corrupte: ſcilicet gratia nos, pro eo quod rectius Gagnæus: Chriſtianos. Quamquam interim perperam de iis qui ſe Chriſtianos negaſſent, interpretetur illud Apoſtoli Epheſ. 4. quod ſe tradidiſſent in operationem omnis immunditiæ, quod ille de ethnicis dixit. Vertitur autem ab illo: omnis ſermo turpis, Græce σαπρὸς, proprie quidem, ſed quem in Euangeliis etiam ipſe malum vertit, dum de arbore mala fit mentio.

146. Fornicatio autem, &c.] Hic citans ſcripturam Epheſ. 5. mirum eſt quod dumtaxat legat: non habeat Dei regnum; pro eo quod alii omnes: hæreditatem in regno Chriſti & Dei; deinde quod legat: Propter hoc, pro eo quod ceteri: hæc Vertit vero: ſuper filios incredulitatis, ſicut etiam ſupra lib. 5. adu. Marc. cap. 17. tractans cap. 1. ad Epheſ. vbi vide Adnotat. noſtras num. 266.

147. & turpiloquium, &c.] Coniunxit præcedentibus hanc vocem tranſlatam ex voce Græca αἰσχρολογίαν, quam multo poſt reperire eſt apud Apoſtolum Coloſſ. 3. eo quod intermedia ad inſtitutum non facerent. Legimus autem cum Dn. Harriſio: eſſet aliud, pro eſſe.
D Vbi denuo perperam adfirmat: veniam Corinthio conceſſam ſi admittamus, id pro ratione temporis factum, ſicut circumciſionem Timothei, nihil enim habent inter ſe commune.

## CAP. XVIII.

148. Sed hæc (inquit) ad interdictionem, &c.] Caput hoc inſcripſimus: De locis ſcripturæ, quibus cauetur communicationem Eccleſiaſticam mœchis negandam. Verumtamen ipſemet Auctor nomine Orthodoxorum reſpondet: Adimi quidem carne pollutis communicationem, ſed ad præſens, reſtituendam ex pœnitentiæ ambitu. Nec valet argumentum Auctoris contrarium negatiuum: Apoſtolus non excepit pœnitentiam, ergo non debet excipi, vti recte B. Pacianus verbis infra citandis num. 153. Et vero pauciſſimæ, quas hic adlegat, ſcripturæ ab Eccleſiaſtica communione ſeparant.

E Atqui facit rurſus hoc caput pro Excommunicationis Eccleſiaſticæ antiquitate, quam etiam hic varie circumloquitur, nempe: communicationem Eccleſiaſticam negari, cum talibus nec cibum quidem ſumere, nedum Euchariſtiam, non communicare cum illis, ſubducere ſe ab illis, damnare, & à communicatione detrudere, item cap. 20. de Eccleſia eradicare. Noue autem dixit: quæ cauata ſunt, pro quibus cauetur, quod legimus ex Gagnæo & ms. Angl. cod. pro ſint.

149. Nam & in Prouerbiis Salomon, quæ παροιμίας dicimus, &c.] De ſignificatione vocum Prouerbiorum & παροιμίας, videat Lector initium Comment. Reuerendiſſimi D. Ianſſenii Gandauenſis Epiſcopi in Prouerbia Salomonis. Atqui ex caſtigatione Dn. Harriſii legimus prorſus: Ignominia autem eius non abolebitur in æuum (pro in eum) Plena enim zeli, indignatio viri, non parcet (pro paret) in die iudicii, tum quod in poſtremo conſentiat ms. Angl. cod. & exemplaria tam Hebraica & Chaldaica, quam Græca & Latina, prius vero illud Græce ſit additum à LXX. Atqui etiamſi ignominia non aboleatur in æuum, propterea non prohibetur pænitentia.

150. iam audiſti per caſum: Excedite, &c.] Adludit ad citationem horum verborum Apoſtoli 1. Cor. 5. ſupra factam capite 15. ex quo caſtigamus conformiter Apoſtolo: & immundum ne tetigeritis, iuxta eundem ms. cod. pro ne egeritis. Atqui illud: per caſſum, omnino exiſtimo accipi pro in caſſum, id eſt, fruſtra, ac ſi dicat: iam fruſtra audiſti, quia meæ opinioni non adſentiris. Quum autem per Proſopopœiam aliquem adloquatur, prorſus legendum: Habes ſtatim, pro habet.

F 151. & in cathedra peſtilentiæ non ſederit, &c.] Quod hic peſtilentiam cum B. Cyprian. lib. de Vnit. Eccleſiæ, ſupra Tom. 3. libr. 2. adu. Marc. cap. 19. vertit Auctor: peſtilentium, & Tom. 2. libr. de Spectac. cap. 3. peſtium, & cap. 27. cathedram peſtilentiariam. Varietas orta videtur ex Græca voce λοιμῶν Pſal. 1. plurali numero, quæ & peſtes ſignificat, & peſtilentes. Prorſus autem lego in eo quod ſequitur ex Pſal. 25. Non ſedi cum conſeſſu vanitatis, pro conſenſu, quia Græce eſt μετὰ συνεδρίου, & pro Synonymis habet Auctor concilium & conceſſum, ſupra dicto cap. 3. lib. de Spectac. Atqui obſcurum eſt illud, & quantum apparet, mutilum: vt ſolus plures. Quoniam quidem: Cum ſancto ſanctus, &c. Vbi quod vertit: peruerſus eris, vertit ſupra lib. 5. adu. Marc. cap. 18. peruerteris, ſicut alii. Porro his 3. ſcripturis, & ea quæ ſequitur ex Pſal. 49. vetatur quidem communicatio cum peccatoribus inique agentibus, peruerſis, furibus & mœchis, ſed talis qua quis illis cooperatur, in eorum nempe concilio, conſenſu, peruerſitate, & portionem ponendo cum illis. Quare idem eſt ad illa reſpondendum cum Paciano, quod ad illud Apoſtoli 1. Cor. 5. Si quis frater nominatur, ſeu nominetur, in vobis fornicator, &c. eſſe additum ibi quod omiſit Auctor: & ſit, quod non ſine cauſſa poſitum ille adſerit, vt indicet ſe de non pœnitētibus loqui.

152. nedum Euchariſtiam medicam, &c.] Etiam hic mendum erat, ortum, quantum apparet, ex eo quod ſequitur 1. Cor. 5. Scilicet & fermentum modicum, &c. quod tamen neutiquam ad Euchariſtiam detorqueri poteſt, ſed ad Corinthium inceſtuoſum, ſicuti ſupra
G interpretatus eſt Auctor huius libr. cap. 13. Videtur itaque aliquid aliud legi debere, alioqui nihil habebit emphaſis comparatio cibi ad Euchariſtiam, ſi addatur modicam. Quare reſtituimus medicam, id eſt, ſalutiferam.

153. Manus nemini cito imponas, &c.] Ad iſtud 1. Timoth. 5. reſpondet B. Pacianus: Docet idem Apoſtolus vel tarde, vel poſt pœnitententiam non negandas.

154. Item ad Epheſios, &c.] Hic etiam ſequitur magis Græca quam Latina hodierna exemplaria, Epheſ. 5. vſus voce ſua: reuincite pro redarguite, &: edicere, nam illud Gagnæi malim, quam: dicere.

155. Si autem & ab otioſe incedente, &c.] Sic vertit quod Græce eſt ἀτάκτως, pro eo quod inordinate magis proprie interpres Latinus, & ipſo eodem loco 2. Theſſal. 3. paulopoſt, inquiete.

156. vti eam ſactificet, &c.] Peculiare eſt etiam hic Auctori quod legat, ſanctificet, & mox: ſiſtat, pro eo quod alii omnes, ſanctificaret, & exhiberet ſiue ſiſteret, vti Syrus Interpres (qui etiam excepto Latino Interprete, non legunt, vitæ) & quod: ſine opprobrio, Græce eſt ἀμώμως, cui ſatis conformiter Syrus Interpres, ſine næuo. Atqui ex Angl. ms. codice locum mutilum ſic ſupplemus: & ſub conditione damınnaſſet ſi temporali & conditionali, & non perpetua ſeueritate damnaſſet.

157. eam pœnitentiam oſtendens Dominum malle, quæ ante fidem, &c.] Paradoxon hoc Auctoris, Montaniſtarum & Nouatianorum pulcre & late refellit B. Pacianus.

H 158. quid adiicit, &c.] Debuiſſet potius dicere: Quid præmiſit, ſui vt ſolet oblitus, nam 1. Tim. præcedit, & miſericordiam ſum conſecutus, quoniam (ſic legimus ex Angl. ms. cod. pro quod) ignorans feci in incredulitate, & ſequitur: Chriſtus venit vt peccatores ſaluos faceret.

159. quæ aut leuioribus delictis veniam ab Epiſcopo conſequi poterit, &c.] Saltem in hoc moderatius errabat Auctor quam Montanus, quod admitteret leuioribus delictis poſſe veniam conſequi ab Epiſcopo, atque adeo id contra eos facit, qui à ſolo Deo veniam petendam exiſtimant, quod ipſe irremiſſibilibus & maioribus tribuit non aliter atque Nouatianus; ſed pulcre id etiam refutat B. Cyprian. epiſt. 52. ad Anton. ſub finem.

## CAP. XIX.

160. Sed quonam vſque de Paulo, &c.] *Titulum capiti huic impoſuimus:* De ſimilibus locis B. Ioannis ex Apocalypſi eius & Epiſtola. *Quos duos libros quum eidem tribuat Auctori, & apud omnes in confeſſo ſit Epiſtolam 1. Ioan. quam hic citat (alibi etiam ex 2. eius Epiſt. aliquid adducens) eſſe Ioannis Euangeliſtæ, ſenſiſſe etiam hinc patet, eiuſdem Apoſtoli eſſe Apocalypſin, contra eos qui alteri cuipiam adſcribere non verentur. Atqui de Prouerbiali formula:* diuerſæ parti ſupplaudere, *vide noſtra Prolegomena.*

161. vbi ad Angelum Thyatirenorum ſpiritus mandat, &c.] *In hac ſcriptura Apocal. 2. ſupplemus ex Angl. ms. cod.* quod teneret mulierem Iezabel, *& caſtigamus:* temporis ſpatium, *pro* tempori. *Atqui quum videret ſe hac ſcriptura vrgeri Auctor, quandoquidem ipſe eandem ſupra Tom. 2. l. de Pœnitent. & ſimiles multos Apocal. 2. & 3. adduxiſſet pro Pœnitentia: Primum prætendit* nihil credi debere ab Ioanne conceſſum, quod à Paulo ſit denegatum, *ſed iam præcedentibus conſtat, ex Paulo nihil tale conuinci, deinde ad id confugit, quod hæretica fuerit, in eo etiam ſibi ipſi contradicens, quod Tom 3. libr. de Præſcript. adu. hær. non ſemel inter grauiſſima crimina hæreſin poſuerit, & ipſe quoque Paulus Gal. 4. illam hic inter remiſſibilia ponat, fortaſſis conſcientia propria adteſtante, ſe, iam in hæreſin lapſum, tamen adhuc veniam ſperare: verum de eo num. ſequenti.*

162. Cui enim dubium eſt, hæreticum inſtitutione deceptum, &c.] *Et ſi recte* hæreticum inſtitutione deceptum cognito poſtmodum caſu, & pœnitentia expiato, veniam conſequi *adſerat: tamen addit:* per baptiſma veritatis purgatum admitti, *atque adeo (ſicuti etiam ſupra Tom. 3. libr. de Baptiſmo, & Tom. 4. inter fragmenta li. Græci de Baptiſ. adnotauimus) ſequebatur eorum errorem, qui hæreticos ad Eccleſiam venientes baptizandos putabant, de quo inter Paradoxa ipſius in Prolegom. noſtris latius.*

163. Aut ſi certus eſt, &c.] *Addit & tertiam explicationem, qua ſe extricet, quod poſſit admitti quidē* pœnitentia mœchiæ, ſed tamen ſine reſtitutione, *agnoſcens cum Nouatiano,* deberi quidem pœnitentiam, ſed Deo reſeruari. *Verum pulcre eam hæreſin impugnat B. Cypr. ſæpedict. Epiſtol 52. ad Antonianum.*

164. Denique ea Apocalypſis, &c.] *Adfert quidem ſcripturas Apocal. 21. & 22. quibus comminatur* propudioſis & fornicatoribus ſtagnum ignis (*ſic enim caſtigamus ex ms. Angl. cod. ſecundum Gagnæi lectionem, pro* illis) & fornicatores, foris ſanctam ciuitatem conſtituit. *Verum de iis loqui manifeſtum, qui talibus peccatis immortui fuerint, ſicuti vel ex eo patet quod adiicitur:* quod eſt mors ſecunda. *Atqui emendamus etiam ex eodem ms. cod.* Qui vicerint, hæreditate habebunt iſta, *Græce* κληρονομήσει ταῦτα, *pro* hæreditatem habebunt iſtam, *mallemus etiam legere ſingulari numero, ſicut Apoſtolus Ioannes, ſed plurali legit id ms. cod.* Propudioſis *etiam vertitur ab auctore, quod Græce eſt* ἐβδελυγμένοις, *pro quo vulgatus interpres:* execrandis, *& caute prætermiſit:* peccatoribus, *&:* mendacibus, *eo quod non multo poſt iterum quædam peccata remiſſibilia agnoſcat, & inter ea aut* verecundia aut neceſſitate mentiri. *Sicuti rurſum in eo quod citat ex c. 22. omittit:* omnem qui amat & facit mendacium, *quo loco ms. Angl. legit:* Canes venefici, *& Gagnæus:* homicidæ, *ſicuti Apoſtolus, ſed quum retineatur ab illis ſingulari numero:* fornicator, *nihil immutauimus.*

165. De Epiſtola quoque Ioannis carpunt autem, &c.] *Quum diuerſimode in Epiſtola ſua priori Ioannes loquatur, initio* negans nos ſine delicto eſſe, *& poſtea cap. 3.* præſcribens non delinquere omnino, *conciliare cogitur Auctor prius illud de* delictis quotidianæ incurſionis, *poſterius de* grauioribus & exitioſis, *ſed in eo errat, quod addit:* quæ veniam non capiunt. *Legitur enim 1. Ioan. 1. non ſolummodo:* Emundat nos ab omni delicto, *ſed quum præmiſiſſet:* Si confitemur delicta noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt dimittat ea nobis, *quod de quotidianis intelligi videtur, addit:* & emundet ab omni iniuſtia, *quod de grauioribus intelligi non dubium, atque adeo de* immunditia, *quantumuis id neget Auctor.*

166. Vnde autem exorſus eſt? Lumen prædixerat Deum, &c.] *Pene medium citat caput 1. Ioannis, auſpicatus ab illo:* Quoniam Deus lumen eſt, *nihil differens à vulgatis codicibus, Caſtigauimus autem paulopoſt:* non qua delinquamus, ſed qua non delinquamus, *ex coniectura Latinii, pro* quaſi, *&:* quia, *ob phraſin Tertullianicam.*

167. mundos exinde præſtet, &c.] *Perperam huic auctori impingunt, quaſi ſenſerit:* ſemel in baptiſmo emundatos, exinde non poſſe delinquere, *idipſum contra quod agit B. Hieronym libr. 2. aduerſ. Iouin. qui eam hæreſin adſerebat. Nam non ſimpliciter id dicit, ſed:* ſi in lumine incedere perſeuerauerint.

168. Eo amplius: Filioli, hæc ſcripſi vobis, &c.] *In hoc differt Auctor ab Apoſtolo 1. Ioan. 2. quod legat:* ſcripſi, *pro ſcribo, item:* & ſi deliqueritis, *pro* & ſi quis peccauerit.

169. Omnis, inquit, qui habet ſpem iſtam, caſtificat ſemetipſum, quia & ille caſtus eſt, &c.] *Sicuti alibi ſupra, ita & hic tranſtulit proprie voces Græcas. 1. Ioan. 2.* ἁγνίζει, *&* ἁγνός ἐστι, *pro eo quod alii paraphraſticōs vertunt:* ſanctificat, & ſanctus eſt. *Legimus autem iuxta Apoſtolum:* Omnis qui manet in eo, non delinquit, *pro* delinquat, *quod habebat Gagnæus, &* delinquet, *quod ſubſtituerat Gelenius, & mox,* quoniam Diabolus, *&c. ex ms. Anglico cod. pro* quod. *Plus vero habet auctor:* Omnis qui facit iuſtitiam, *quum apud alios deſideretur:* Omnis, *ſicut etiam:* Et ideo, *quod ceteræ editiones non habent, ſed dumtaxat,* omnis qui ex Deo naſcitur *ſeu natus eſt. Tranſtulit etiam paucioribus:* Qui non eſt iuſtus, ex Deo non eſt; *cum Vulgato Interprete, pro eo quod ex Græco quidam:* Omnis non faciens iuſtitiam. *Atqui:* in primore Epiſtola, *idem eſt ac ſi dicas: in priori Epiſtolæ parte, cui ſimilem habes phraſin ſupra libr. 5. aduerſ. Marcion. cap. 10. Interim legimus ex Gagnæo:* negantem nos ſine delicto eſſe, *pro eo quod Lugdun. editio male:* negante.

170. Quod ſint quædam delicta quotidianæ incurſionis, &c.] *Mirum eſt, quod inter* quotidiana delicta *enumeret:* iraſci inique, *vbi adludit ad illud Pſal. 4.* Iraſcimini, & nolite peccare, & vltra ſolis occaſum, *iuxta illud Epheſ. 4.* Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, *item:* manum immittere, *quod videtur accipi pro percutere, quod tamen prohibetur Iſai. 58.* facile etiam maledicere, & temere iurare, *quæ prohibentur Matth. 5. Multoque magis mirandum de illo,* fidem pacti deſtruere. *De poſtremo:* aut verecundia aut neceſſitate mentiri, *conſentit cum reliquis Patribus.*

171. Sunt autem & contraria iſtis, &c.] *Inter* grauiora & exitioſa, *& (vti mox loquitur)* mortalia, *rectius collocantur ab illo:* homicidium, idololatria, fraus, negatio, blaſphemia, mœchia, fornicatio, & ſi qua alia violatio templi Dei, *vbi rurſus adludit ad Apoſt. 1. Cor. 3.*

172. Si quis ſcit fratrem ſuum, &c.] *De iſto 1. Ioan. 5. ſupra tractauimus, & ex Paciano reſpondimus num. 23. Legit vero ſingulari numero,* peccati non ad mortem, *cum Vulgato Interprete Latino, quum Græce ſit plurali.*

173. Meminerat & ipſe Hieremiam prohibitum à Deo deprecari, &c.] *Ad iſtud Hier. 7. & 14. etiam ni fallor, ſupra citatum, vel ſaltem ſimilem locum Ezech. 4. ſic reſpondet idem Pacianus eadem Epiſt. 2. ad Sympron. Nouatianum. Etenim quis liberare poſſit inuitum? quis pro non pœnitentibus impetrare?*

## CAP. XX.

174. Diſciplina igitur Apoſtolorum, &c.] *Inſcriptionem huic capiti fecimus:* De locis Hebr. 6. & Leuit 13. & 14.

175. Exſtat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos, &c.] *ad hunc locum hauddubie adludit B. Hieron. Catal. Script. Eccleſ. in Paulo Apoſtolo:* Epiſtola, *inquit, quæ fertur* ad Hebræos, *non eius creditur propter ſtyli ſermoniſque diſtantiam, ſed vel* Barnabæ iuxta Tertul. *vel Luc. Euang. iuxta quoſdam, vel Clementis Rom. poſtea Eccleſiæ Epiſc. quem aiunt ſententias Pauli proprio ordinaſſe ſermone. De* Barnaba *autem peculiare id eſt auctori. De* Luca *non auctore, ſed translatore Clemens Alexandr. l. Hypotypoſeon, De Clemente Romano, qui ex Hebræo in Græcum ſermonem tranſtulerit Euſebius ſententiam protulit magis veriſimilem, Eccleſ. hiſt. libr. 4. cap. 38. Nam tanquam* Pauli Apoſtoli *meminiſſe* Epiſtolæ ad Hebræos *eundem Clementem Epiſt. ad Corinth. ibidem Euſeb. tradidit. Paulo etiam adſcribitur à Clemente Alexand. loco citato apud Euſeb. lib. 6. cap. 11. Origine in Pſal. 7. ac Chryſoſt. & reliqui Græcorum Commentarii, vt omittam BB. Ambroſium, Hieronym. & Aug. Certe eandem Pauli agnoſcit & Rufinus in Symbol. inter Opera B. Cypriani, & alii Patres, quando XIV. meminerunt Epiſtolarum Pauli. Verum etſi auctor* Barnabæ *adſcribat, tamen pro authentica ſcriptura habere ſe indicat, &* apud Eccleſias receptiorem *pronuntiat, hinc factum, vt ſupra etiam citauerit Tom 3. lib. 2. adu. Marc. c. 6. 9. & 10. iuxta quod ibidem adnotauimus num. 47. & pro tali citatam fuiſſe à Patribus omnibus tam Græcis quam Latinis colligere poterit Lector ex Operum vniuſcuiuſque Scripturarum Indicibus, & nominatim Cypriani noſtri, præter eos quos mox recenſebimus. Etiam pro tali agnouerunt Concilia Nicenum, Carthag. 3. aliaque ſupra non ſemel citata, dum Canonem ſcripturarum recenſent. Plura ſi quis deſideret, recurrat ad Sixtum Senenſem Biblioth. Sanctæ lib. 7. c. 8. Certe Philaſtrius inter hæreſes Anonymas eas recenſet, quæ aut Pauli Apoſtoli, aut Canonicam ſcripturam negant.*

176. illo Apocrypho Paſtore mœchorum, &c.] *De hoc vide ſupra To. 2. lib. de Orat. cap. 12. num. 48.*

177. Monens itaque diſcipulos, &c.] *In hac ſcriptura Hebr. 6. multum differt ab æditionibus hodiernis tam Græcis quam Latinis, legens:* omiſſis omnibus initiis, *pro eo quod illæ: intermittens initii Chriſti ſermonem,* fundamenta pœnitentiæ, *plurali numero,* ab operibus mortuorum, *pro* mortuis, & occidente iam æuo, *pro* virtuteſque futuri ſæculi. *Nos vero ex Anglico ms. cod. intermedium, quod deſiderabatur, ſic ſuppleuimus:* & donum cœleſte guſtauerunt, & participauerunt Spiritum ſanctum, & verbum Dei dulce (*Græce* καλὸν *pro quo alii magis proprie:* pulcrum) guſtauerunt.

178. numquam mœcho & fornicatori ſecundam pœnitentiam, &c.] *Quem auctor perperam de* pœnitentia ſecunda *interpretatur locum, iam citatum Hebr. 6. alii veteres de iteratione baptiſmi intelligunt, & nominatim B. Ambr. lib. 2. de Pœnitent. c. 2. & in Comment. Philaſtrius hær. 89. Epiph. hær. 59. Quo etiam accedit Chryſoſt. cum aliis Græcis eius aſſeclis, dum eodem modo interpretatur illud Hebr. 10.* Poſtquam accepimus veritatis agnitionem, non relinquitur hoſtia pro peccatis, *quemadmodum etiam vbi ſupra Philaſtrius. Et certe pro hac ſententia faciunt phraſes Latinæ,* eos qui ſemel illuminati ſunt, & rurſus renouari, *& Græcæ quoque voces* φωτισθέντας ἀνακαινίζειν, *quas vſurpare ſolent veteres de baptizatis. Legimus autem omnino, vt conſtet oratio:* & figuras eius iam in ipſa veritate ſeruabat, *pro* ſeruabant, *quia præcedit:* interpretabatur.



TERTULL OPERA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A 179. Si autem varietas effloruerit in cutem, &c.] Multum etiam hic differt à lectione LXX. Auctor Leuit. 13. vertens: Si varietas effloruerit, pro Si florens effloruerit lepra; quod habet etiam Origenes, cuius interpres B. Hieron. elegantius & clarius vertit, quod & Græce & apud Auctorem obſcurum eſt: Quum ergo omnem cutem corpus obtexerit, tunc mundum eum ſacerdos à contagione pronuntiabit, eo quod conuertit in album. Qui etiam Auctori in χρὼς ζῶν legitur, quod alii corpus ſiue carnem, vertunt; vſque adeo vt legiſſe videantur χρώσις, quod colorem ſignificat. Supplemus autem: mundum voluit intelligi ex ms. Angl. cod. Qui etiam legit: Si vero poſt abolitiem pro abolitionem, ſed nihil immutauimus. Atqui calumniatur Auctor, dum interpretatur iſtud: immundum iudicari, nec expiari à ſacerdote, nam id quidem verum eſt, quamdiu color viuus apparuerit, ſed poſtea ſi iterum in album conuerſus fuerit, addit: quod mundabit eum ſacerdos.

180. Item de domo: Si quæ maculæ, &c.] In hoc Leuit. 14. conſentit cum LXX. & eius Latino Interprete, à quo etiam tactus vertitur: ἡ ἁφὴ, pro lepra, quo modo ſecundo loco quum vertat Auctor ad maiorem intellectum, expunximus ibi repetitam vocem tactus ſuperfluam. Legit autem ms. cod. Angl. exterminari, pro extrahi, ſed quia etiam ille mox legit: extrahi: hoc retinuimus etiam priori loco. Atqui quod mox auctor, illud: Si poſt reformationem domus ite-
B rum aliquid de maculis apparuerit, debere deponi ſtructuram domus: interpretatur, tanquam ſi ſecunda non reſtaret venia, Iſychius presbyter, non de peccatoribus, ſed de hæreticis interpretatur, multo rectius.

181. nam & Apocalypſis viridi equo mortem, &c.] Viridis vertitur ab auctore, quod Græce eſt χλωρὸς Apoc. 6. à vulgato vero Interprete: pallidus, ſed vtrumque vox Græca ſignificat, quo factum, vt ille paulopoſt vertit: fœnum viride, ruſſeus vero more Tertullianico accipitur pro rubeus. Ibi autem quales Abrahæ fiunt, ſubintelligitur, filio, adludit enim ad illud Matth. 3. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

182. Proſpicietur, inquit, illi, & non morietur, &c.] Etiam hic differt Auctor ab omnibus, Leuit. 19. qui legunt plurali numero: morientur, neque addunt quod habet Auctor: cui ſeruabatur. Atqui neque hic recte concludit Auctor: poſt manumiſſionem non haberi veniam adulterii, eo quod illa famula reſeruata, id eſt, deſponſata erat alteri viro, quod non incurreretur, ſi manumiſſa tantum eſſet, & ſic nihil ad inſtitutum Auctoris. Et vero intellectum myſticum vide apud Iſychium.

## CAP. XXI.

183. Hæc ſi Apoſtoli magis norant, &c.] Caput hoc inſcripſimus. Quod habeat quidem Eccleſia poteſtatem remittendi mœ-
C chiæ & fornicationis, ſed videatur non expedire, ne & alia delinquant. Eam enim (quantumuis prima facie contrarium ſentire videatur) eſſe ſuam ſententiam, his ipſis verbis paulopoſt indicat, & rurſum iſtis: Ergo ſpiritus veritatis (quem fortaſſe adſcribit ſuo Montano) poteſt quidem indulgere fornicationibus veniam, ſed cum plurium malo non vult. In hoc interim errat, quod ſuæ Eccleſiæ Montanicæ ſoli eam poteſtatem vindicat, non vero Catholicæ, cui præerat Apoſtolicus Pontifex. Et ideo, inquit, Eccleſia peccata donabit, ſed Eccleſia ſpiritus per ſpiritalem hominem, non Eccleſia numerus Epiſcoporum, & quod iterum Deo, non ſacerdoti, ſicut Nouatianus eam poteſtatem reſeruat, contra quos, ſicuti non ſemel diximus, pulcre diſputat B. Cyprianus Epiſt. 52. ad Antonian. Atqui de Prouerbio alibi non ſemel vſitato: & in hunc iam gradum decurram, vide noſtra Prolegomena, excernere vero vſurpat pro diſcernere.

184. Quis enim dimittit delicta ni ſolus Deus? &c.] Imprimis non Chriſti, ſed Phariſeorum hæc fuit adfirmatio, Marc. 2. & Luc. 5. deinde ſibi etiam tamquam homini communicatam eam poteſtatem Chriſtus adſerit, quum addit: Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra remittendi peccata, vt vero ipſe eandem poteſtatem Apoſtolis communicauit: Mat. 18. & maxime Ioan. 20. Accipite, inquit, Spiritum ſanctum, quorum remiſeri-
D tis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Qua veritate Auctor conuictus, etſi eam ſcripturam ex propoſito omittat, quia ſibi contrariam, tamen negare non poteſt ipſos beatos Apoſtolos tale aliquid indulſiſſe (ſic enim lego ex Anglico cod. vt ſubintelligatur: conſtet, pro eo quod erat: ipſis beatis Apoſtolis, &c. indulſiſſet) ſed deprauat, dum adiicit: non ex diſciplina, ſed ex poteſtate feciſſe, quum tamen, vti præmiſimus, ſuæ Eccleſiæ Montaniſticæ eam poteſtatem conceſſam fateatur. Legimus autem ex eodem ms. cod. vt hoc ipſi probaretur, pro hoc ipſum probaret.

185. Exhibe igitur & nunc mihi Apoſtolice, &c.] Quum haud dubie de Romano Pontifice loquatur, vel hinc Eccleſiæ Romanæ confirmat auctoritatem, quod eius caput Apoſtolicum vocet, vtpote Apoſtolorum ſucceſſorem, ſicuti ipſe apertius ſupra Tom. 4. libr. 4. Carminum adu. Marc. 8. Remanſit autem ea appellatio in hodiernum diem.

186. vel Quæcumque allegaueris vel ſolueris in terra, &c.] Sic prorſus legendum, pro eo quod erat: alligaueritis, vel ſolueritis, patet ex eo quod ſequitur: &: Quæcumque ſolueris vel alligaueris, non: Quæ ſoluerint vel alligauerint. Atqui maior fides habenda Auctori, quum adhuc Catholicus eſſet, quam nunc hæretico, & contra Eccleſiam ex propoſito maxime hoc capite ſcribenti. Proinde Antidoti loco ſufficient loci auctoris, quibus non ſemel, ſuper Petrum
E (non modo: In ipſo, id eſt, per ipſum, ſicut hic calumniatur) exſtructam Eccleſiam fatetur, nempe Tom. 3. lib. de Præſcript. adu. hæret. c. 22. nu. 134. & lib. 4. adu. Marc. alicubi, & vel quum in hæreſin lapſus eſſet. hoc ipſo Tomo libr. de Monog. c. 8. num. 58. Similes autem Patrum locos habes adnotatos à nobis ad Epiſt. 55. B. Cypr. ad Cornelium, nu. 35. Et vero non perſonaliter B. Petro dumtaxat id dictum, ſed deriuatum quoque in eius ſucceſſores, atque adeo Eccleſiam Romanam ibidem videre eſt ex Patribus, num. 90. Quibus adde B. Pacianum Epiſt 2. ad Sympron.

187. &: Dabo tibi claues, non Eccleſiæ, &c.] Etiam hic Antidoti loco ſufficiet, quod nondum hæreticus auctor Scorpiaco aduerſus Gnoſticos c. 10. Nam, inquit, ſi & adhuc clauſum putas cœlum, memento claues eius hic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe.

188. Ipſe denique primus in Chriſti baptiſmo reſerauit aditum cœleſtis regni, quo ſoluuntur, &c.] Similem interpretationem peruerſam Nouatianorum, qua etiam de remiſſione delictorum in baptiſmo, non vero per pœnitentiam, interpretabantur illud Matth. 18. Amen dico vobis, quæcunque adligaueritis ſuper terram, &c. & quæcunque ſolueritis, &c. de Catechumenis, non fidelibus, late & pulcre refutat loco ſæpius citato B. Pacianus, deducens, iſtud ipſum Chriſti ad Petrum, non poſſe de ſolis gentibus intelligi. Neque enim Eccleſiam Chriſtus non baptizatas gentes vocat.
F Deinde: Quid ſoluo, inquit, gentibus quod non eſt ligatum? nam ſi reputatum non eſt, nec ligatum. Quid adligo, quod nullo iure conſtringo? Gentilis liber eſt legi. At in baptizatum vtraque conuenire. Soluitur enim, inquit, venia, quia peccato tenebatur, ligatur anathemate, quia ſolutus fuerat fide, & per gratiam liberatus.

189. Sed & in illa diſceptatione, &c.] Abſurdiſſima eſt etiam iſta interpretatio ex Act. 15. c. quaſi ibi ſoluerit (iuxta promiſſum Chriſti) Petrus, quæ omiſſa ſunt legis, & alligauerit quæ reſeruata ſunt. Nam loquitur de remiſſione peccatorum, & vero ante edictum illius Concilii Hieroſolymitani, peccatum non fuit Legis quædam obſeruare.

190. Cui ſi præceperat Dominus, &c.] Etiam ad hanc obiectionem Nouatianorum ex Tertulliano ibidem reſpondet B. Pacianus. Illud, inquit (nempe: Si in te peccauerit frater tuus, &c) vni iuſſit, hoc (nempe: Quæcunque ſolueritis in terra) pluribus relaxauit, illud ipſe ſoluit in quem admittitur, hoc vero eccleſia, illud ſine ſacerdote, & fratribus: hoc ab omnibus impetratur. Quæcunque ſolueritis, inquiens omnino nihil excipit. Quæcunque, inquit, vel magna vel modica.

191. quo eſt Trinitas vnius diuinitatis, &c.] Ex eo quod ſequitur: Illam Eccleſiam congregat, quam Dominus in tribus poſuit, & proinde non Eccleſia numerus Epiſcoporum, aliiſque locis ſupra non ſemel, vbi dicit: Etiam in tribus eſſe Eccleſiam, videor mihi colligere etiam eo dementiæ veniſſe auctorem, vt trium nomine, in
G quibus conſiſtit Eccleſia, intellexerit Montanum, Priſcam & Maximillam. Verum de hoc latius in vita Auctoris.

## CAP. XXII.

192. At tu iam & in martyras tuos effundis hanc poteſtatem, &c.] Titulum huic capiti impoſuimus: De venia mœchiæ, quam ſibi martyres quidem vſurpabant. In quo auctorem partim imitatur B. Cypr. agens contra lapſos, qui ad Martyres paſſim recurrebant, & Confeſſores importuna deprecatione corrumpebant, vt ſine diſcrimine vel examine præuio, ſingulorum pax daretur ſeu relaxatio à ſatisfactione per Epiſcopos vel Presbyteros impoſita, ſicut patet ex Epiſtolis in ſeceſſu eius ſcriptis ad Clerum, ad Martyras, & ad Plebem nu. 10. 11. & 12. Qui interim non præcidit Martyribus eam poteſtatem, pacem lapſis dandi, ſed monet vt petentium deſideria ponderent, merita quoque ſingulorum & delictorum genera cogitent, ſicut latius tractauimus Adnotat. noſtris in dictam Epiſt. 11. num. 3. 4. 6. & 10. Et vero Martyres formulam etiam quandam Libellorum, quibus pacem dabant, habes in vita noſtra B. Cypriani, ex Epiſt. 17. Luciani Martyris, Confeſſorum omnium nomine. Quid? quod dicta Epiſt. 11. his verbis: conſiderantes, quæ & qualia in præteritum Anteceſſores veſtri Martyres conceſſerint, adludere videatur ad tempora Tertulliani. Nam ipſe Tertullianus ſupra Tom. 2. libr. ad Martyras c. 1. Pax, inquit, veſtra bellum eſt illi, nempe diabolo. Quam pacem
H equidem in Eccleſia non habentes, à Martyribus in carcere exorare conſueuerunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere & fouere & cuſtodire debetis, vt ſi forte & aliis præſtare poſſitis, vbi vide & adnotat. noſtras nu. 12. Quæ adeo Antidoti loco eſſe poſſunt, aduerſus ea quæ nunc in hæreſi conſtitutus nimis impudenter in Martyras effudit. Atqui tranſponimus paulopoſt: quis permittit homini donare, quæ Deo reſeruanda ſunt? Ad quod ipſum argumentum reſpondimus c. præcedenti, nu. 184.

193. Sufficiat Martyres propria delicta purgaſſe, &c.] Aut loquitur de Martyribus qui ſuo Martyrio baptizabantur, aut intelligit de omnimoda purgatione delictorum, quam ſolis Martyribus tum ipſe non ſemel ſupra, tum Beatus Cyprianus Epiſt. 52. ad Antonian. adſcribit, ita vt nihil reſtet poſt hanc vitam purgandum. Legimus autem ex ms. Angl. cod. phraſi Tertullianica: & omnia ſanctus, pro omnino.

194. Quod ſi eſt, iam & Martyrium aliud erit baptiſma, &c.] Non vult hic negare quod ſupra Tom 3. lib. de Baptiſ. adſeruit: eſſe baptiſmum quendam ſanguinis ſiue Martyrii, & hic iiſdem ſcripturis cõfirmat (de quo ibi latius Adnot. noſtris, c. 16 n 110. 111 & 112.)

A *ſed hoc indicat, quod illud* ſoli *proſit Martyri, non vero aliis. Nam & hic ſubiicit:* Debeo ergo & primo lauacro liberare, ſi poſſum ſecundo. *Atqui obſcurum eſt illud:* ingeramuſque in ſinum *(vel, ſicuti legebat Gagnæus:* in finem*)* neceſſe eſt, *&, quantum apparet, corruptum.*

195. certe negatori, &c.] *Vel hinc patet veriſſimum eſſe quod ſupra citauimus ex B. Cypr. Epiſt.11. ſollicite & caute prius ponderaſſe actum & opera, & merita ſingulorum negatorum Martyrium, apud ſuos Anteceſſores, priuſquam pacem lapſis concederent, vtpote quum hic Auctor videatur indicare, quod vix* Negatoribus *conceſſerint. In eo hallucinatus, quod leuius faciat peccatum negatoris, peccato mœchiæ & fornicationis.*

# ARGVMENTVM
## LIBRI DE TRINITATE, PER IAcobum Pamelium.

DE TRINITATE *diſputaturus* NOVA-
I. TIANVS *Presbyter Romanus ſub ſancto Fa-*
B *biano Papa, quantum adparet, adhuc Catholicus:*
*Imprimis ex regula fidei (quod Symbolum vocamus) proponit, vt primo credamus* IN DEVM, PATREM ET DOMINVM OMNIPOTENTEM, RERVM OMNIVM PERFECTISIMVM CONDITOREM.
II. *Super quæ omnia, ipſe continens omnia, immenſus, æternus, immortalis, mente hominis maior, vt ipſe eſt ſermone inexplicabilis, ſublimitate omni ſublimior.*
III. *Deinde Deum eſſe conditorem omnium, dominum, & parentem, ſcripturis probat.*
IV. *Bonum quoque, ſemper ſui ſimilem, immutabilem, vnum & ſolum, infinitum, cuius nec nomen proprium poſſit edici, & incorruptibilem.*
V. *Cuius ſi iracundias legitimas & indignationes quaſdam, & odia deſcripta teneamus, non tamen hæc intelligi ad humanorum exempla vitiorum.*
VI. *Et licet ſcriptura ad humanam formam faciem diuinam ſæpe conuertat, non tamen intra hæc noſtri corporis lineamenta modum diuinæ maieſtatis includi.*
C
VII. *Spiritus quoque quum Deus dicitur, claritas & lux, non ſatis Deum illis appellationibus explicari.*
VIII. *Hunc ergo Deum nouiſſe & venerari Eccleſiam, cui teſtimonium reddit tam inuiſibilium, quam etiam viſibilium, & ſemper, & tota natura, quem ſcripturæ celebrant.*
IX. *Porro eandem Regulam veritatis docere nos: credere poſt Patrem etiam* IN FILIVM DEI, IESVM CHRISTVM DOMINVM, DEVM NOSTRVM, *eundem in veteri Teſtamento repromiſſum, & in nouo exhibitum.*
X. *Neque commentitium & fictum Chriſtum hæreticorum Teſtamenti veteris auctoritatem reſpuentium, qui & nuptiarum coniunction m oderunt (nempe Marcionitarum) neque in phantaſmate, ſed in veritate, neque illum qui ætheream carnem, vt alij volunt hæretici (nempe Appelletiani) adſumpſerit, ſed veram carnis ſoliditatem.*
*Et vero non hominem tantum Chriſtum, ſed & Deum, ſicuti*
XI. *hominis filium, ita & Dei filium.*
XII. *Deum enim, veteris Teſtamenti ſcripturarum auctoritate probari.*
XIII. XIV. *Tum etiam noui Teſtamenti ſcripturis.*
XV. *Immo etiam illis, quibus Chriſtus angelus appellatur.*
*Eandem diuinam maieſtatem in Chriſto aliis iterum ſcriptu-*
XVI. XVII. *ris confirmari.*
D
XVIII. *Atqui, quum firmum ſit genus probationis, quod etiam ab aduerſariis veritatis ſumitur, vel ab iis Chriſtum Deum adfirmari (quos ſupra c.12. Sabellianos nuncupat) qui Chriſtum Deum patrem faciebant. Sicuti & illos, qui ita Chriſti manifeſtam amplexati ſunt diuinitatem, vt illum ſine carne fuiſſe dixerint.*
XIX. *Illos autem errorem ſuum inde ſumpſiſſe, quod nihil arbitrarentur intereſſe inter filium Dei, & filium hominis, ob ſcripturam male intellectam.*
XX. *Neque inde ſequi, quia Chriſtus mortuus, etiam Deum mortuum accipi, quia non tantummodo Deum, ſed & hominem Chriſtum ſcriptura proponit.*
*Aduerſus autem Sabellianos ſcripturis probat alium eſſe fi-*
XXI. *lium, alium Patrem.*

*Pulcre reſpondens ad illud:* Ego & Pater vnum ſumus, *quod* XXII.
*illi pro ſe intendebant.* E
*Rurſum ex verbis Chriſti ſequentibus Deum illum compro-*
*bans.* XXIII. XXIV.
*Item ex Moyſe in principio ſacrarum litterarum.*
*Inde etiam, quod Abrahæ viſus legatur Deus, quod de Patre* XXV.
*nequeat intelligi, quem nemo vidit vmquam, ſed de filio in angeli* XXVI.
*imagine.*
*Quod etiam Iacob apparuerit Deus angelus, Dei filius nempe.* XXVII.
*Pro Sabellianis etiam nihil facere illud:* Qui videt me, videt XXVIII.
& Patrem.
*Deinceps fidei auctoritatem admonere nos, Poſt Patrem &*
*filium, credere etiam* IN SPIRITVM SANCTVM, *quod* XXIX.
*etiam ſcripturis confirmat.*
*Denique quantum dicti hæretici erroris ſui originem inde ra-*
*puerint, quod animaduerterent ſcriptum:* vnus Deus; *etſi Chri-* XXX.
*ſtum Deum & Patrem Deum dicamus, non magis tamen duos Deos ſcripturam proponere, quam duos Dominos, aut duos magiſtros.*
*Sed Dei filium Deum, ex Deo Patre ab æterno natum, qui* XXXI.
*ſemper in Patre fuerit, ſecundam perſonam eſſe à Patre, qui nihil* F
*agat ſine Patris arbitrio, eundem & Dominum, & angelum magni Dei conſilii, in quem Patris diuinitas per ſubſtantiæ communionem ſit tradita.*

*Ceterum, quum ſcripſiſſet Rufinus Apolog. pro Origine, hæreticos quoſdam qui in Spiritum ſanctum blaſphemant,* TERTVLLIANI LIBELLVM DE TRINITATE, *reprehenſibiliter quantum ad veritatem fidei noſtræ pertinet ſcriptum in* S. CYPRIANI *Epiſtolarum corpus inſeruiſſe, & quamplurimos codices de talibus conſcribentes, per totam Conſtantinopolim diſtrahi precio viliori feciſſe, vt exiguitate pretii homines adlecti, ignotos & latentes dolos facilius compararent, quo per hoc commentum hæretici, perfidiæ ſuæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent: B. Hieronymus Apologia aduerſus Rufinum, nec* TERTVLLIANI *librum eſſe adſerit, nec* CYPRIANI, *ſed* NOVATIANI, *cuius & inſcribitur titulo, & auctoris ſtyli proprietas demonſtrat. Quod confirmatur ab eodem his verbis Catal. Script. Eccleſ.* Scripſit NOVATIANVS DE TRINITATE GRANDE VOLVMEN,
quaſi ἐπιτομὴν OPERIS TERTVLLIANI, quod G
plerique neſcientes, CYPRIANI exiſtimant. *Eodem pertinet, etiam illud ſuperiori loco B. Hieron.* CYPRIANI ψευδεπίγραφον *hæreſeos librum. Hunc autem eundem eſſe illum, cuius Rufinus & B. Hieron. meminerunt, tum ex illo patet infra cap.7.* Omnis enim ſpiritus creatura eſt. *& quod capite 24. iuxta æditionem Gelenii ex ms. Britannico codice, cui & Anglicus codex Ioannis Clementis conſentit, vocetur* Paracletus minor Chriſto, *tum quod capite 29. vbi de* Spirituſancto *agit, eundem neutiquam Deum aut nuncupet aut probet, ſicuti Patrem & Filium iam antea late Deum comprobauerat, quod denique capite 30. vbi deducit vnum Deum eſſe Patrem & Filium, nullam* Spirituſſancti *faciat mentionem. Quo factum, vt & à B. Hieron. hæreſeos liber appelletur, & à Rufino ſcribatur:* πνευματομάχους *Macedonianæ partis hæreticos, hunc B. Cypriano adſcripſiſſe, vti perfidiæ ſuæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent. Non propterea tamen in hoc opere illum prætermiſimus,*
*quod hæretici ſit, & quædam in illo hæreſin ſapiant, quia (prater-* H
*quam quod ſcriptus ſit ante ſchiſma eius & hæreſin, ſicuti Adnot. noſtris numero 1. latius) reliqua magnopere faciunt ad confirmandam perſonarum Trinitatem in vna Deitate contra hodiernos Trinitarios. Et (vel ipſo huius libri Auctore teſte infra ca.18.)* firmum eſt probationis genus, quod etiam ab aduerſario ſumitur, vt veritas etiam ab ipſis inimicis veritatis probetur. *Vtut ſit,* TERTVLLIANI *non eſſe, patet, tum ex eo quod capite 6, Auctor neget in Deo corporea lineamenta, quem Tertullianus non ſemel corporeum agnoſcere videtur, tum quod capite 12.* Sabellianorum *meminit, quum multo poſt Tertullianum exortus ſit Sabellius. Atqui librum hunc, quem Trithemius vidiſſe non videtur, & ms. habuit Politianus, & primus in lucem edidit Ioan. Gagnæus, deinde caſtigauit ex Britannico ms. cod. Gelenius, nos denique multis in locis recognouimus ad Anglicum ms. exemplar Dn. Ioan. Clementis, & quibuſdam ex coniecturis Dn. Latinii, nouo quoque Argumento & Adnotationibus aliquot illuſtrauimus.*

NOVA